relationem. vt pater: filius. Relatiua vero scõm dici: sunt subiecta a dictis relationib9 denominata. vt pater a paternitate. vl' sunt que de significato min9 pncipali importãt relationẽ annexã. vt scientia ꝛ virtus ꝛc. Ex quo sequitur: Si qs definite nouerit vnum relatiuoꝝ/definite noscet ꝛ reliquũ. Sicut ei esse vni9 est ad aliq̃ ita ꝛ cognosci vni9 dependet a cognitiõe alterius. De his autẽ oino determinare est difficile: dubitare aũt ꝛ querere nõ iutile. Sũt autẽ relationes hui9 ꝑdicamẽti respectus non rõnis vt spẽs vl' genus ꝑ opus relatiuũ intellectus fabricatę: sed reales/vt similitudo paternitas: nõ aptitudinales/sed actuales ꝛ intrinseeus aduenientes. Et harũ q̃dã sũt equiparẽtię: q̃ scz scõm eandem rationez sunt in eo qõ referr̃: ꝛ ad qõ fit relatio. vt similitudo ratione albedinis est in vtroq3 termino. Quędã sũt disquiparãtię ꝑ oppositũ. vt paternitas in pñe est/rõne potentię actiuę q̃ genuit. Filiatio autem in altero extremo est ratione alia: scz potentię passiuę filij geniti. Dis. Proprietates relatiuoꝝ q̃t sũt? Mag. Quattuoꝝ: q̃rũ prima hęc est. Relatiua ꝓriaꝛ. vt virt9 vitio ꝓriaꝛ: ꝛ ignorantia disciplinę. Secũda: relatiua suscipiũt magis ꝛ min9. vt simile ꝺr aliquid magis vel min9. Hę tñ ꝓprietates non oib9 relatiuis nec etiã aliq̃bus ꝙuenũt/q̃ relationes: sed ratione fundamenti oꝝ. Tertia: oia relatiua dicunr̃ ad ꝙuertentiã. vt duplus dicit dimidij duplũ: ꝛ pater filij pater. ꝛ rursus dimidiũ dupli dimidiũ ẽ: ꝛ filius patris filij ẽ. Hoc tñ fallit si coꝝrelatiui nõ fuerit ꝙuenies assignatio. In multis ei relatiuis hoc cõtingit: vt nõ inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respõdeat q̃ ad se referunt̃: iquit Augustin9 quinto de trinitate. ca. xvj. Uñ ala auis ala est: nõ autẽ ecõtra auis alę auis ꝺr. similiter remus nauis remus ẽ: sed nõ ois nauis remi nauis est: cũ sint naues remos nõ habẽtes. Oportet igit coꝝrelatiua cõuenienter assignare: ꝛ pro aue alatatũ/ꝑ naue remitũ dicere. Dicitur ei ala alati ala: ꝛ ecõuerso: alatũ alę alatũ. ꝛ remus remi remus: simil'r remitũ remo remitũ appellatur. Sic ꝛ caput caputi caput est: ꝛ relatiue ad se dicuntur: q̃uis etiã substãtię sint.

Dis. Quõ aũt cognoscim9 si coꝝrelatiui sit cõueniẽs assignatio?

Mag. Quando secluſis omibus ab ipso q̃ accidentaliter de eo dicuntur/ipsũ adhuc ad relatiuũ referr̃. vt secluſa risibilitate/animalitate ꝛ ceteris a domino/nihilominus ad seruũ refertur: secluſa vero ala ab aue/ad alatũ amplius nõ dicit̃. Quarta ꝓprietas: Relatiua sũt simul natura/ortu ꝛ occasu. Posita ei se ponunt: et perempta se perimũt. vt si pater est/filius est: ꝛ ecõuerso. Necvalet instantia de sciẽtia ꝛ scibili: sensu ꝛ sensato. nã scientia nõ refertur ad scibile: sed scitum. sic sensus non refertur ad sensibile: sꝫ sensatum. Hęc de relationibus intrinsecus aduenientibus: quę scilicet positis extremis necessario sũt: Restat vt de relationibus extrinsecus aduenientibus aliquid despiciamus.

Relatiua secundum dici

Relatiua equiparentie.

Relatiua disquiparentie.

Proprietates relatiuoꝝ.

Relatiua intrinsecus aduenientes

De Actione. Ca. IX.

Discipulus

Relatiũ extrinsecus aduenientes

Relationes extrinsecus aduenientes quas dicis? Ma. Eas r g̃ positis extremis nõ necessario sũt. si em̃ sit ignis ꝛ lignũ actionẽ esse necessariũ nõ ẽ/ donec fuerint applicata. Dis.

Actio

Actio igitur ẽ relatio extrinsecus aduenies? Ma. Est: ꝛ nõ sola ſz ꝛ passio: ꝛ alia g̃ supsunt g̃dicamẽta. Dis. Actio quid ẽ? Ma. Est forma respectiua scõz quã in id qõ subiicit agere dicimur: vt secam⁹ formaliter ipsa sectione: ꝛ ignis calefacit formaliter calefactione: effectiue vero calefacit calore. Dis. Quot sunt huius g̃

Proprietates actionis

dicamenti ꝓprietates? Ma. Tres. Prima: actio habet ꝛrium: vt calefactiõi ꝛriatur frigefactio. Suscipit etiam magis ꝛ min⁹. vt magis ꝛ minus calefacere dicimur. Sciendũ autem has ꝓprietates nõ respectiue illis g̃ actiões/ sed eoꝝ cognotatis potius conuenire. Tertia est: ꝓprie ꝓpriũ est: actioni ex se iferre passionem: id est/ actio est forma respectiua qua agẽs formaliꝝ in patiẽs ꝓducit formã absolutam: g̃ dicit passio. vt ignis mediante calefactiõe inducit i aquã passionẽ scz caliditatẽ/ a qua effectiue aqua patiꝝ: formaliꝝ aũt a respectu actiõi opposito: quã siꝝ passiõez appellam⁹

De Passione. Capitulum. X. Dis.

Passio

Passio quid est? Mag. Est effectus illatio q̃ actõis. vt ca p lefactio passiua ꝓducta in aquã effect⁹ est: ꝛ illatio calefactionis actiuę: qua scilicet ignis formaliꝝ calefacere dicit. Passio igitur actionis effectus est: nõ vt causę efficiẽtis/ sz formalis mediante qua agens passionẽ passo infert. Posset insup alia õ finitio passionis dari. Dis. Quę? Mag. Passio est scõm quã id qõ subiicitur pati õz: vt aqua calefieri õz formaliter calefactione passiua. Dis. Huius ꝓprietates g̃ sunt? Mag. Passio duꝓprietates passionis as primas ꝓprietates habet cũ actione cõmunes. ꝛ tertiam ꝓpriã: scz ꝓprium est passioni inferri ex actiõe. Dis. Actio ꝛ passio quoniam correlatiua sunt/ simul natura sunt: quõ igitur passio ex actione potest inferri: cum inferens illato naturaliter prius sit?

Mag. Si ꝓprietatem de absolutis accipimus: dubitationẽ non habet. Passio em̃/ vti est caliditas ꝓducta i aqua ab igne inferꝝ. sed cũ hę qualitates sint: ad hoc genus minime ptinent. Necesse ẽ ergo vt intelligam⁹ passionẽ formã respectiuã inferri ex actiõe tã q̃ principio formali: ab agente ꝙo tanq̃ a ꝑncipio effectiuo. Stat autem causam formalẽ mediãte qua/ simul esse cũ effectu. Dis. Admittis igiꝝ actionẽ ꝛ passionẽ esse correlatiua? Mag. Admit

Actio ꝛ passio sunt vni⁹ generis predicamentalis

to. Dis. Ergo diuersa g̃dicamenta efficere nõ pũt: sed in eadẽ cõtinentur coordinatiõe: sicut paternitas ꝛ filiatio. Mag. optime infers: nec ego actionẽ ꝛ passionem diuersa g̃dicamenta/ sed vni⁹ g̃dicamenti diuersos modos esse intelligo. Ũ Augustin⁹ in logica sua: Actio ꝛ passio genere conueniũt ꝛ qualitate differũt. Dis.

Augustin⁹

cuius generis modi sūt? Mag. Trāsmutatiōis: quę dicit respectum mutuū agentis ad patiens: ⁊ econuerso.

De Quando. Capitulum. XI. Mag.

Quod sequit in ordine p̄dicamentorū est Quādo. Et est qō ex adiacētia temporis in re tpali derelinquitur. vt hodie. Quando

In re eī hodierno mēsurata tpe respectus tpis mensurātis causatur. Est aūt respectus extrinsecus aduenīēs: nā positis extremis sine earundē applicatiōe nō ꝓsurgit. vt posito homīe extra cęluz/fundamētū ⁊ terminꝰ ipsiꝰ qn̄ sūt sez hō extra cęlū/⁊ tempꝰ sub cęlo: sed nōdū qn̄ est. Dis. Quot sunt ꝓprietates huiꝰ p̄dicamenti?. Mag. tres. Prima. Quādo nō habet ꝛriū. Secunda. Quando nō suscipit magis nec minꝰ. Tertia. Qū inest oi illo qō incipit esse in tpe. Et est intelligēdū de quādo passiuo. Quādo eī actiuū est in tpe rem temporalē mensurāte. Et sicut actio ⁊ passio vnius p̄dicamenti diuersi sunt modi: ita quādo actiuū ⁊ passiuū. Pergamus ad vbi. Dis. Perge. ꝓprietates Quando

De Vbi. Capitulum. XII. Mag.

Vbi est circumscriptio corporis locati a loci circūscriptione p̄cedens vt esse in aqua/in aere ⁊c̄. Ex hoc eī qꝫ locus locatum circūscribit duplex consurgit respectus. vnus in corpore locato: ⁊ est vbi passiuum hic definitū. oppositus in loco circūscribente: ⁊ ōr vbi actiuum: ⁊ est locus ꝓ formali. Disci. Ostendas ⁊ hunc respectū extrinsecus aduenīētē. Mag. Quia positis extremis nō applicatis nō cōsurgit. Posito eī hoīe extra cęlū: esset in mūdo locus/⁊ locabile extra cęlum sine vbi actiuo et passiuo. Dis. ꝓprietates huiꝰ q̄t sūt? Mag. Duę. Pria. vbi non habet ꝛriū. Secūda vbi nō suscipit magꝭ ⁊ minꝰ. Oppositū tū verius est: quia vbi ē ꝑ se terminꝰ motꝰ. Sed de hoc in naturalibus. Positionē percurramus. Vbi ꝓprietates vbi

De Positione Capi. XIII. Dis.

Ositio quid est? Mag. Positio est quidā partiū situs ⁊ generationis ordinatio. vt esse sursum: sessio: statio ⁊c̄. Positio

Ꝓ cuius intellectu sciendū ē: qꝫ positio primo dicit extēsionem quātitatis extra partē quātitatiuā: ⁊ sic est p̄dicamenti quantitatis. Sūt eī quantitates habentes positionē partium in continuo. vt linea superficies. Secūdo positio dicit respectum partium positarū scōm positiōis differētias ad locum. et sic est p̄dicamentū ab alijs distinctū. Respectus aūt partiū inter se ⁊ in toto sūt huiꝰ p̄dicamenti modi speciales. Uel dicaꝫ vt Augustin⁹ dicit/qꝫ sint in ad aliqd: qz sūt respectꝰ intrinsecꝰ aduenīētes. Ex q̄ sequit: qꝫ si aliqō corpꝰ poneret extra cęlum: adhuc haberet illam positionē. In definitiōe capiaꝫ ⁊/ꝓ vel. Dis. Quot sunt positionis ꝓprietates? Ma. Tres. Prima. Positio nō habet con- Positionis ꝓprietates

rariū. Secūda: positio nō suscipit magis ꝛ minus. Tertia: ꝓpriū est positioni substantię proxime assistere: id est nullum primo substantię adest. Licet aliquod eque ppe: scz vbi. simul em̄ res in loco est ꝛ in eo situata est. Definita est aūt hic positio passiua fundata i re posita. Positio aūt actiua est respectus oppositi i loco fūdati. Positio Actiua] Passiua

De Habitu. Capitulum. XIIII. Mag.

Habitus. p Ostremū in numero p̄dicamentorū habitū conspicimus. Est autē habitus corporū ꝛ eorū quę circa corpus sūt adiacentia. Id est habitus est respectus in corpore habituato ex adiacentia habitus causatus. Et est habitus passiuus. Nam in re adiacente causat respectus alius qui habitus actiuus dr. vt es se tunicatū. esse loricatū. Dis. Quot sunt habitus proprietates? Passiuus Actiuus

Proprietates habit? Mag. Tres. Prima: habitus suscipit magis ꝛ minus. vt eques est armatior pedite. Hęc ꝓprietas attribuit habitui non vt respectus est: sed ratione fundamēti: qō ꝛ si intensiue magis ꝛ minus nō suscipiat (quia substantię sunt arma) tū extensiue: qz in equite sunt magis plurificata q̄ in pedite. Secūda: habitus nō habet contrariū. Tertia: habitus semp est in pluribus. si intelligat scz in habito ꝛ habituato: sic conuenit vbi ꝛ qn̄ ꝛ alijs. quia vt visum est: vbi ē duplex: scilicet actiuum ꝛ passiuū. sic quādo. sic ꝛ positio. sic similiter ꝛ habitus. Aliter ergo intelligenda est ꝓprietas: habitus semper est in pluribus: id est potest in pluribus fundari simul ꝛ semel. vt vestitum esse simul ꝛ semel potest esse ex adiacentia tunicę ꝛ pallij. sic ꝛ tunicatus quis dicitur etiam si decem tunicas induisset. De his satis dictum sit: postpredicamenta perlustrabimus. Eorū nāq; noticia necessaria est: vt quę predicamenta consequuntur cognoscamus ꝓprietates.

De postpredicamentis. Capi. XV. Dis.

Postpredicamenta. q Vot sunt postpredicamēta. Mag. Quinq; scz Oppositio: Simul: Prius: Motus: ꝛ Habere. Disci. de his itaq; si q̄ habes in mediū ferre ne graueris. Et primū de oppositione. Ma. Oppositionis q̄tuor sūt spēs. Nā oppositorum quędam sūt ꝑrie/ quędam ꝑ dictorie/ quędam relatiue/ ꝛ quedaz priuatiue opposita. Contraria autē sunt quęcunq; sub eodem genere posita maxime a seinuicem distant eidē suscęptibili vicissim insunt: a quo ꝛ mutuo se expellunt: nisi alterum insit a natura. vt nigredo corui. Exempla sunt caliditas ꝛ frigiditas: albedo et nigredo. Sed regula hęc in his contrarijs quę bona ꝛ mala sūt deficit: inquit Augustin⁹ in Enchiridion. c a. xij. hęc enim duo ꝑria ita simul sūt: vt si bonū nō esset in quo malū esset: prorsus nec malum esse potuisset: q̄uis bona sine malis esse possint. Sed hic priuatiue opposita ꝑria extēto noīe dicere videtur. nam exemplificando ait; pōt em̄ bō vel angelus nō esse iniustus: iniustus aūt nō po- Oppositionis spēcies Contraria Augusti. in enchi.

teſt eſſe niſi homo vel angelus. Hoc qui voluerit ca. antecedēti ꝛ ſequēti bidē diligētius inquirat. ad ꝓpoſitū redeam⁹. Sūt aūt cō traria duplicia: videlicet mediata ꝛ imediata. Diſ. Quę ſunt cō traria imediata? Ma. Quoꝝ ſubiecto ſuſceptibili exiſtente ne ceſſe eſt alterū eoꝝ ineſſe. vt paritas ꝛ imparitas reſpectu nume ri. Cōtraria vero mediata ſunt: quoꝝ ſubiecto ſuſceptibili exiſtēte non eſt neceſſe alterū ineſſe. Poteſt eī mediuꝫ ineſſe. vt albedo et nigredo. inter q̄ mediat rubedo ꝛc. Quibuſdā tamē medijs nomi na non ſunt impoſita: tūc ſumēda ſunt per abnegationē vtriuſq; extremi vt mediū inter prauū ꝛ ſtudioſum eſt: quod nec prauū nec ſtudioſum eſt. Diſ. Quę ſunt contradictorie oppoſita? Ma. Quoꝝ ſi alterū ē/ neceſſe eſt alterū non eſſe: vt ſedere ꝛ non ſede re. Diſ. Quę ſunt relatiue oppoſita? Ma. Quibus hoc ipm̄ ē ad aliud quodāmodo ſe habere. vt: duplum ꝛ dimidiuꝫ. Diſci. Quę ſunt priuatiue oppoſita? Mag. Quę habēt fieri circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili ꝛ tempore determinato a natura: vt viſus ꝛ cecitas circa oculū. Cecus aūt nō dicitur qui nō habet vi ſum: ſed qui viſum non habet tempore determinato quo deberet habere. vt catellus ante nonum diem nec videns nec cecus eſt. Di citur aūt ordine irregreſſibili. de viſu eī ad cecitatē cōtingit ꝓgre di ꝛ nō ecōuerſo. Impoſſibile eſt eī naturaliter a priuatiōe pfecta in habitū fieri ꝓgreſſū: exiſtēte principio itrinſeco. nā a tenebris ae ris regreſſio fit in lucē: eo q̄ ꝓncipiū lucis ſit extra aerem.

immediata

Mediata

Contradicto rie oppoſita

Relatiue op poſita:

Priuatiue oppoſita

De prioritate. Ca. XVI. Mag.

Priorīs mo di.

Ecūdum poſtpredicamētū eſt pri⁹. Cui⁹ q̄dem quattuor ſunt modi. Diſ. Quis? Magi. Prim⁹ eſt: quo alterū ē prius altero ſm tempus. quod enim antiqui⁹ ꝛ senius eſt: prius eſt. Secūdus eſt quo alterū prius eſt altero/ quia ab eo non conuertitur ſubſiſtendi cōſequētia: vt vnū prius eſt duobus. ſeq̄ tur eī bene: duo ſūt/ igitur vnum eſt: ſed nō conuertit̄: vnū eſt/ igi tur duo ſunt. Tertius eſt quo aliud dicitur prius alio ordine: vt lit tere prius ſunt ſyllabis. Quartus eſt quo aliud dicitur pri⁹ altero/ quia melius ꝛ honorabilius eſt. Hūc tamē modū Auguſtinus inutilē dicit ꝛ in duodecimo libro cōfeſſionū Priorīs modos po nit quattuor: dicens deū precedere oīa eternitate: florem fructum tempore ꝛ rurſus fructum florē electione: ꝛ ſonum precedere can tum origine. quō ꝛ informis materia precedit aliā/ origine ſcz ꝛ nō tempore. Et preter hos eſt alius modus prioris: quo ſcz alterum alio prius eſt natura: ꝛ ab ipo conuertitur ſubſiſtēdi conſequētia. vt res eſt prior veritate propoſitiōis. Ab eo eī q̄ res eſt vel nō eſt oratio vera vel falſa dicitur. vñ hominem eſſe prius eſt/ q̄z hec vera ſit: homo eſt Et ab eo conuertitur ſubſiſtendi conſequētia. ſe quitur eī bene: verū eſt hominē eſſe: igitur homo eſt.

De Simultate. Capi. XVII. Magi.

Simultatis modi

Ertium in ordine postpredicamentū est Simultas: cuius tres sunt modi. Disci. Quis Mag. Primus: quo aliqua simul sunt tempore. vt ignis ⁊ splendor eius. Secundus est quo simul dicuntur a quibus conuertitur subsistēdi consequētia: ⁊ neutrū est causa alterius. vt relatiue opposita. sequit enī: duplum est: igitur dimidiū est. ⁊ tamen neutrū est alterius causa. Tertius est quo simul sunt ea quę er opposito aliquod genus diuidunt. vt: rationale et irrationale: quę diuidunt animal: id est demonstrant communicabilitatem ipsius animalis: eoq; potentias eius declarant.

De Motu. Ca. XVIII. Magi.

Motus
speciēs
Generatio
Corruptio
augmētatio.
diminutio
alteratio
loci mutatio

Uartum postpredicamētū est Motus. Et huius sex sunt species. Accipitur aūt hic Motus cōmuniter pro trāsmutatione quacunq;. Disci. Quę sunt hę motus species? Magi. Generatio: Corruptio: Augmentatio: Diminutio: Alteratio ⁊ loci mutatio. Est autez Generatio progressio a non esse ad esse. Corruptio progressio est ab esse ad nō esse. Augmētatio est prexistentis quātitatis maioramētum. Diminutio autem prexistētis quātitatis minoramētuz est. Alteratio autē est mutatio a q̄litate contraria in cōtrariā. vt de albo in nigrum. Loci vero mutatio motus est de vno loco in alium. vt de sursum ad deorsum. De his autem latius videbimus in naturalibus.

De Habere. Capi. XIX. Magi.

Habendi modi

Uintum ⁊ vltimū postpredicamētum est Habere. qō quidem dicitur multis modis. Primo em̄ dicimur habere q̄litatem. vt virtutem. Secūdo dicimur habere quātitatē. vt magnitudinem. Tertio dicimur habere ea quę circa corp⁹ sūt. vt: habere annulū in digito. vñ emēs annulum nec induēs: possidere quidē ipsum dinoscitur/ habere autē minime donec ipso vestiatur. Quarto habere dicimur mēbrum. vt pedem aut manum. Quinto dicimur habere possessionem. vt: domū vel agrū. Sexto continens contentum habere dicitur. vt vas habet vinū. Septimus habendi modus est quo vir habet vxorez. Et hic modus habendi est alieniſſimus. vir enim non habet vxorē nisi quia cum ea sociatur: et cum eam habet/ habetur ab eadem. Preter hos autez etsi alij sint habēdi modi: ad predictos tamē reduci possūt. Hęc sunt fili quę de predicamentorum rationibus ignorare turpe: scire autem operepretium est. Videamus et reliqua. Dis. Ecce in defessum me semper habes auditorem.

Tractatus. III. De Propositione. Capitulum. I. Magi.

c Ognitis itaq; prędicabilibus ꝛ prędicamētis/ consequens est vt discutiamus ad quem finē logicus harū ordinauerit noticiā. Disci. Estimabā ex his quę ab initio p̄miseras/ hęc omnia ad discretionem veri falsiq; deseruire. Ma. Et recte opinatus es. Talis autem discretio sine argumētatione/ ꝛ argumētatio absq; ꝓpōne haberi nō pōt: quapropter ea quę dicta sunt īmediate ad ꝓpositiōes ꝛ ꝓpositiones ad argumentatiōes/ q̄ rursus ad cōem logicę finez applicādę sunt: ꝛ quoniam res nō semper ad disputationem ferre possumus: pro rebus vtimur vocib⁹. Sicut em̄ scripturę vocum/ ita voces rerum: ꝛ ꝯceptuū. i. passionuz animę notę sunt. Et sicut in intellectu quidā cōcept⁹ sunt simplices nec veri nec falsi: q̄dam v̄o cōplexi veri ꝛ falsi: sic sil'r quędā voces sūt simplices nec verū nec falsum significantes: q̄dā vero cōpositę verę ꝛ falsę (circa cōpositionē nāq; veritas ꝛ falsitas sunt) Et hę ex nomine ꝛ v̄bo res p̄dicabiles ꝛ subijcibiles signātes (id est cōceptibiles vnius in ordine ad alterā) cōstituunt̄ ꝛ vocant̄ orationes.

Aristoteles j. periher.

Conceptus simplices cōpositi

De Oratione. Ca. II. Dis.

q Uid est Oratio? Magi. Est vox significatiua ad placitum cuius partes sepatę aliquid significāt vt dictio: nō vt oratio. vt: hō currit: hō significat hominē ꝛ currit actū currendi. partes tñ remotę/ scz dictionū syllabę nihil significāt. vt hoꝛ rit. Oratio bifaria est: perfecta ꝛ impfecta. Perfectā orationem dicimus q̄ perfectum in animo audientis sensum generat. vt homo currit. Per oppositum oratio impfecta ē/ quę nō sensum pfectū ī aīo audiētis causat: vt hō alb⁹. Et a logico abijcit̄. Perfecta vero rursus multifarie partit̄. Quędā em̄ indicatiua: alia impatiua: alia deprecatiua: alia optatiua: alia cōiūctiua ꝛc. scd̄m q̄ v̄ba in oꝛone posita in modis variant̄. Sed inter has logicus solaz indicatiuā de verbo p̄ñtis tp̄is accipit. Hęc em̄ sola verū aut falsum significat. ꝛ inde enūciatio siue ꝓpositio dici meret̄. Patet igitur talez cōponi ex nomine: vt definitū est in prioribꝫ. Obliqua em̄ noīa si iungant̄ verbis indicatiui modi orationē incōgruā cōstituunt. vt: cathonis currit: ꝛ sic nec verā nec falsam (verū em̄ ꝛ falsū pręsupponūt cōgruū) Similiter ex verbo pri⁹ definito. verba em̄ s̄m se sumpta/ nec verū nec falsum significant: sed nominib⁹ similia sunt. vt est/ si purū dixeris nihil significat (scz veri vel falsi) denotat tñ quandā cōpositionē/ quā sine extremis nō est intelligere. ob hoc in definitione verbi dicitur: ꝛ est semp eorum quę de altero dicuntur nota. Ad incępta redeamus.

Orationis definitio

Perfecta

Impfecta

Oratio indicatiua est enunciatio

De propositione. Ca. III. Bisci.

Propositio

Quid est propositio? Ma. Est oratio verū vel falsū significans Vel est oratio nō omnis: sed in qua verū vel falsū ē: vt hō est animal. Et hec quidē est duplex: scz vna ⁊ plures.

Una

Plures

Dis. Quid est propositio vna? Magi. quę vnū de vno significat. vel est cōiūctione vna. Sz propositio plures est quę nō vnū sed plura significat incōiūcte. vt Canis est albus. Relecta secūda logicus primā amplectitur. Quę bipertita est: vt eius manifestat definitio. Est enim quędam vna simpliciter. quā cathegoricā id est predicatiuā dicimus. vt homo currit. Quędam vero est vna coniunctione: quā hypothetica/ id est suppositiuā nominam⁹. vt homo currit ⁊ asinus mouetur. Propositio vna simpliciter/ rursus duplex est: scz de inesse ⁊ modalis.

De propositione vna simpliciter siue cathegorica. Capi. IIII. Dis.

Cathegorica

Quid ē ꝓpō cathegorica de inesse? Ma. Est q̄ hz subiectū ⁊ ꝑdicatū: vel aliqō ꝓportionabile illis: mediāte copula coniūcta. vt hō ē aīal. Subiectū aūt dicim⁹ de quo aliq̄d enūciat. Predicatū aūt qō de altero dicitur. Copula est q̄ subiectū ꝑdicato cōiūgit. vt hoc verbū sum cū suis cōdeclineis.

Propositionis diuisio scōm q̄titatē

Propō cathegorica rursus diuidit: nō q̄dē ꝑm substātiā/ sed quātitatē: ī vniuersalē particularē/ indefinitā ⁊ singularē.

Uniuersalis.

Dis. Uniuersalis q̄ est? Magi. In qua subiectū est vniuersale/ signo vniuersali determinatū. vt omnis hō est aīal.

Signa vniuersalia.

Sunt aūt signa vniuersalia hec: Oīs/ nullus/ q̄libet/ neuter/ uterq;. ⁊ sīlia. Uel est q̄ omni aut nulli/ scz subiecto inesse significat (ipm ꝑdicatū)

Particularis

Particularis ē in q̄ subiectū est vniuersale/ signo pticulari determinatū. vt q̄dā hō est aīal.

Signa particularia

Sūt aūt signa particularia hec: quidaz/ aliqs/ alter ⁊ sīlia. Uel est quę alicui/ aut alicui nō: aut nō omni in esse significat. In

Indefinita

definita est in qua subiectuz est vniuersale sine signo destributiuo positū. vt hō est aīal. additur aūt distributiuo: ꝓpter illā: Oēs apostoli dei sunt duodeci: vbi signū oēs nō distributiuū/ sed collectiuū est. Uel est q̄ inesse aut non inesse significat/ sine signo vniuersali vel pticulari.

Singularis.

Singularis ẏo est in qua subiectū est indiuiduū/ discrete tentū (ꝓpter illā: ioānes est terminus discretus) vt ioānes est hō. ille hō est aīal. Amplⁱ⁹ q̄libet harū duplex ē/ affirmatiua scz

Affirmatiua et negatiua

⁊ negatiua. Affirmatiuā dicim⁹: in qua ꝑdicatū affirmat de subiecto. vt hō est aīal. Negatiuā vero in qua ꝑdicatū de subiecto negatur. vt hō non est animal. Et hec diuisio propositionis ẽ quālitatem est. Animaduertendum/ nō eodez modo de hac triplici diuisione interrogationes formari. De substātia enim inquirim⁹ p. q̄

Interrogatiua.

est: ⁊ respōdem⁹. cathegorica vl̄ hypothetica. De quātitate ꝑ quā-

ta est? Et rñdemus vniuersalis ꝑticularis indefinita vel singularis. Et de q̃litate ꝑ/q̃lis ē? Et rñdem⁹: affirmatiua vl' negatiua.

De Oppositoe propositionū. Ca. V. Mag.

Pręter aūt hęc necessaria est ad ꝓpositiōis noticiā passionū eiusdē cognitio. Quę sunt oppositio cōuersio/ ⁊ ęquipollētia. De q̃bus vidēdū erit ꝑ ordinē/ ꝑmissis nōnullis diuisiōib⁹. Quaꝝ ꝑma. Propositionū cathegoricaꝝ/ q̃dā tā in subiecto q̃ꝫ in ꝑdicato ꝑticipāt. vt hō est aīal. hō nō est aīal. Quędam altero tm̄. vt hō est aīal. asin⁹ est aīal. Quędā nullo. vt hō currit. asinus mouet. Secūda. Propositionū in subiecto ⁊ ꝑdicato participātium: q̃dā participāt ordine ꝯuerso: vt hō est aīal: aīal est hō. Quędā vero participāt ordine eodē. vt hō est aīal. oīs hō ē aīal. Et his vltīo ordine enumeratꝫ accidit oppositio partita q̃drifarie. Sūt em̄ q̃dā ꝓpositiōes oppositę cōtrarie/ q̃dā cōtradictorie/ q̃dā subtrarie/ q̃dā ꝟo subalt'ne. Oppositiōes ītelligunt' de ꝓpositiōib⁹ simplicꝫ q̃litatꝫ. Dis. Cōtrarię q̃ sunt? Ma. Vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdē subiecti et ꝑdicati. vt oīs hō est aīal. nullus hō est aīal. Cōtradictorię sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua. vt oīs homo est aīal. quidaꝫ hō nō est aīal. ⁊ vniuersalis negatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ prędicati. vt nullus hō est aīal: q̃dā homo est aīal. Subalternę sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ ꝑticularis affirmatīa eiusdē subiecti ⁊ ꝑdicati. vt oīs hō ē aīal. q̃dā hō est aīal. Et vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua eiusdem subiecti ⁊ prędicati. vt nullus hō est aīal. quidaꝫ hō nō est aīal. Subcontrarię sunt ꝑticularis affirmatiua ⁊ ꝑticularꝫ negatiua eiusdē subiecti ⁊ ꝑdicati. vt q̃daꝫ hō est aīal. q̃dā hō nō est aīal. Cōprębēdunt' aūt in ꝓposito indefinita

Quibus ꝓpositionibus cōueniat oppositio.

Contrarie

Contradictorie

Subalterne.

Subcontrarie.



ꝛ singularꝫ sub ꝑticulari. Nã q̃cq̃d de vna d̃r idẽ de alia ĩtelligẽdũ ẽ. Oꝑtet aũt ꝓpositionũ oppositaꝝ subiecta ꝛ ꝑdicata teneri significatiue: ęque ample: ęque stricte ꝛ eodẽ genere suppositiõis. Oim dictoꝝ exẽpla patẽt ĩ figura ꝑ ĩserta. Nec ꝫ silẽtio ꝑtereundũ: ꝓpõnes. s. oppositas certis ꝯstringi legibꝫ: ꝑm quas veritas vel falsitas earundem simul potest esse vel nõ esse: quas tamen facile non cognoscimus/nisi ꝛ materiam propositionũ intelligamus.

De Materia propositionũ. Ca. VI. Dis.

m Ateria ꝓpositionũ q̃d ẽ? Ma. ẽ subiectũ ꝛ ꝑdicatũ ꝓpõnis ꝑ materiali. In hac. i. de hac materia dicit̃ eẽ ꝓpositio. Formalis materia est habitudo ꝛ respectus ꝑdicati ad subiectũ necessaria/ ꝯtingẽs aut remota ꝑm ꝑdicati ꝛ subiecti exigẽtiã. Uñ materia triplex ẽ. s. necessaria: cõtingens ꝛ remota. Materiã aũt necessariã siue naturalẽ dicimꝰ: cũ ꝑdicatũ ẽ de essentia subiecti: vl' ꝓpriũ eiꝰ. vt hõ est aĩal. hõ est risibilis. Cõtingẽtez vero: cũ prędicatũ potest adesse vel abesse subiecto pręter subiecti corruptionẽ. vt homo est albus. Et remotã materiã accipimus: si prędicatum nõ potest conuenire subiecto. vt homo est asinus.

Materia ꝓpositionis

Materia naturalis.

Materia remota

Materia contingens

De legibus propositionũ. Ca. VII. Dis.

q Uę ẽ lex Cõtrariaꝝ? Ma. Hęc est. Cõtrarię nũq̃ꝫ pñt sil' eẽ verę aut falsę de materia naturali vl' remota: de materia aũt ꝯtingẽti pñt sil' eẽ falsę. vt oĩs hõ ẽ albꝫ: nullus hõ ẽ albus. Dis. Nũq̃d hę ꝓpõnes. oẽ aĩal ẽ hõ. nullũ aĩal ẽ hõ. ꝯrię sunt de materia naturali ꝛ sil' falsę sunt? Magi. Cõtrarię q̃dẽ sunt et simul falsę: de materia aũt naturali nõ sunt: sꝫ cõtingẽti. Nã iferiora nõ sunt de essentia supioꝝ: cũ ipsis accidãt. i. extranea sũt. Dis. Quę ẽ lex Subcõtrariarũ? Ma. hęc ẽ. si vna ẽ falsa/reliq̃ est vera: ꝛ nõ ecõuerso. pñt em̃ ambę esse verę de materia cõtingẽti. vt q̃dã hõ est albꝫ: q̃dã hõ nõ est albꝫ. Dis. Quę est lex subalternaruꝫ? Ma. hęc est Si vniuersal' est vera/ ꝑticularis est vera: ꝛ nõ ecõuerso. ꝛ si ꝑticularꝫ ẽ falsa/ vniuersal' est falsa: ꝛ nõ ecõuerso. Dis. Lex Cõtradictoriarũ q̃lis est? Magi. talis. Si vna ẽ vera reliq̃ erit falsa: ꝛ ecõuerso: de q̃cũq̃ꝫ materia. Dis. Haud assentio: seq̃ret̃ em̃ ꝯtingẽs esse necessariũ, ꝛ de necessitate euenire: ꝛ sil'r ꝯtingẽs esse ĩpossibile ꝛ nõ posse fieri. Nã si q̃s dicat: nauale bellũ erit cras: ꝛ nauale bellũ nõ erit cras: ꝯdictorias dic̃: ergo vna esset vera ꝛ reliq̃ falsa. Id aũt q̃d verũ ẽ necessario eueniet: ꝛ ꝑ ꝯñs cõtingẽs nõ est. Et q̃d falsum ẽ impossibile ẽ fieri: nec cõtingẽs est. Ex q̃ rursus ꝯcluditur oĩa de necessitate euenire: ꝛ nos frustra de futuris ꝯsiliari aut deliberare. Mag. Istec tua argumẽtatio q̃d infers cõcluderet: si in contradictorijs de futuro cõtingenti vna determinate determinatione de necessario vera esset: ꝛ reliqua eadez determinatione falsa: sꝫ huiꝰ oppositũ fit. nll'a em̃ ipsarũ determina

Lex contrariarum.

Inferiora accidunt superioribus

Lex subcontrariarum

Lex subalternarum

Lex contradictoriaꝝ

De veritate futurorum cõtingentium.

te necessario vera ⁊ falsa est. licet necessariū sit/hāc vel illam verā aut falsaz esse. Nec qꝛ ita vel aliter eas enūciam⁹ magis verę aut falsę sunt. Propter eīm nostrū affirmare aut negare nihil sequitur in re. Tātū de oppositione Ad conuersionē pergamus.

Aristotel. j. ꝑhier.

De Conuersione. Ca. VIII. Dis.

Quid est Cōuersio? Ma. est mutatio ꝑdicati in subiectū ⁊ ecōuerso. vel est duarū ꝓpōnū cathegoricarū vtroqꝫ termino ꝑticipātiū ordine ꝯuerso vni⁹ ad alterā ꝯsequētia formalis. Et est duplex: scz simplex ⁊ ꝑ accn̄s. Cōuersionē simplicez dicim⁹ mutationē prędicati in subiectū: ⁊ ecōuerso: manēte eadez quātitate ⁊ q̄litate. vt nullus hō est lapis: igit̄ null⁹ lapis est hō. hō est aīal: igit̄ aīal est hō. Cōuertunt̄ autē hac cōuersione vniuersalis negatiua in se. ⁊ particularis affirmatiua in se. Cōuersionē ꝟo ꝑ accn̄s appellamus: cū fit mutatio ꝑdicati in subiectū ⁊ ecōuerso manēte eadē q̄litate: quātitate tn̄ variata. vt oīs hō ē aīal. igit̄ q̄ddam aīal est hō. Cōuertit̄ itaqꝫ hac cōuersione vniuersal' affirmatiua in ꝑticularē affirmatiuā. Sil'r vniuersal' negatiua in ꝑticularē negatiuā. vt nullus hō est asinus. igit̄ q̄dā asin⁹ nō est hō. Attn̄ ad vniuersalē negatiuā poti⁹ ꝑticularis negatiua infert̄ q̄ꝫ vniuersalis negatiua in ꝑticularē negatiuā cōuertat̄ ꝑ accn̄s. Dicit̄ enim cōuersio ꝑ accidens: qꝛ vniuersalis ꝑ aliud (videlicet ꝑ ꝑticularē) cōuertat̄. vt vniuersalis affirmatiua infert ꝑticularē affirmatiuā ⁊ hęc rursus in se cōuertit̄: Jō vniuersal' affirmatiua in ipsam per accidens ꝯuertit̄. Particularis autē negatiua simpliciter cōuertino pōt: iō ⁊ vniuersal' negatiua in ipsam ꝑ accn̄s nō ꝯuertit̄. Pręter has aūt ē alia ꝯuersiōis spēs quā ꝑ ꝯpositionē nomināt. Dis. Quid ē cōuersio ꝑ ꝯpositionē? Ma. Est mutatio ꝑdicati in subiectū ⁊ ecōuerso manēte eadē q̄litate ⁊ quātitate: mutatꝫ tn̄ terminis finitis in terminos infinitos. Et hac cōuersione conuertit̄ vniuersalis affirmatiua in se. sil'r ⁊ ꝑticularis negatiua in se. Exēplū primi: oīs hō ē aīal: igit̄ oē nō aīal ē nō hō. Exēplū secūdi. q̄dā hō nō est asin⁹. igit̄ q̄dā nō asinus nō est nō hō. Hāc tn̄ cōuersionē Aristoteles nō posuit: eo ꝙ ad syllogismoꝝ reductionē minime valet: nec consequētia formalis sit. Ob id ꝑm ipm particularis negatiua nō conuertitur. Est aūt idē iudiciū ꝺ indefinitis/singularibus ⁊ ꝑticularib⁹ q̄ ad cōuersionē ⁊ syllogizationē. Et illud animaduertas: si quādo signū aliquod ad subiectuz positū fuerit/ ꝙ hoc totū in cōuersione ponat̄ ad prędicatum: sed tamen hoc non contingit nisi in ꝓpositionibus vbi subiectū vniuersale ē ⁊ in ꝯuersiōe q̄ntitas ⁊ qualitas nō mutant̄. Uerūtamē exclusiua ꝯuertit̄ i vniuersalē de termis trāspositꝫ. vt tm̄ hō ē risibil': igit̄ oē risibile est hō Exceptiua aūt/ vt ista: oīs hō pręter socratem currit: cōuertitur in hanc: quoddam currens aliud a socrate est homo. Sed redupli-

Conuersio

Conuersio simplex

Conuersio ꝑ accidens

Conuersio ꝑ contrapositionem.

Exclusiua

Exceptiua

catiua. vt ista: oē aīal inq̄tū rōnale est risibile. ꝯuertit̄ in istā: igitur quoddā quod inq̄tum rōnale est risibile/est animal. Pariformiter alię conuertendę sunt.

De Equipollentijs. Ca. IX. Magis.

Equipollentia.

Tertia ꝓpositionū passio est ęquipollētia. Et est duarū ꝓpositionū cathegoricarū ī quātitate ⁊ q̄litate/veritate ⁊ falsitate ęquiualētia ꝑ aduētū negatiōis facta: vt nō oīs hō ē aīal. ⁊ q̄dā hō nō ē aīal: ęq̄pollēt. Dis. Per q̄d ęq̄pollētias ꝓpositionū possum⁹ cognoscere? Mag. Per regulas q̄ sequunt̄. Pria: Si alicui signo vniuersali vel ꝑticulari p̄ponat̄ negatio: ęq̄pollet suo ꝯdictorio. vt in exemplo priori. Scda: Si alicui signo vniuersali postponat̄ negatio: ęq̄pollet suo ꝯrio. vt: oīs hō nō ē asin⁹. ⁊ null⁹ hō ē asin⁹. Tertia: Si alicui signo vniuersali vel ꝑticulari p̄ponat̄ ⁊ postponat̄ negatio: ęq̄pollet suo subalterno. vt: non oīs hō nō ē alb⁹. ⁊ q̄dā hō ē alb⁹. Fit aūt h̄ ex natura negatiōis/q̄ malignās ē. q̄cq̄d em̄ īuenit destruit: ⁊ oppositū ei⁹ īducit. Subcōtrarię aūt nō pn̄t ęq̄pollere. nā si negatio p̄ponat̄/ęq̄pollebit ꝯdictorio ꝑ p̄mā regulā. Si postponat̄: n̄ erit ęq̄pollētia/sz eadē ꝓpositio vt: q̄dā hō nō currit. ⁊ q̄dā hō non currit. Patet itaq̄ ex dictis: cū duo signa vniuersalia negatiua in eadē ꝓpositiōe fuerint: primum ęquipollet suo ꝯrio: secūdū aūt suo cōtradictorio. vt nihil nihil ē/ęq̄pollet huic: q̄dlibet est aliq̄d. Pręter has aūt alię sūt ęq̄pollētię q̄b⁹ scz ꝓpositiōes obscurę suis ęq̄pollēt exponētib⁹: de q̄b⁹ in seq̄ntibus. Trāseamus nūc ad modificationē propositionū.

De Modalibus. Capi. X. Dis.

Modus

Vnde ꝓpositio dicit̄ modalis? Ma. a modo syncathegorematice capto/modificāte ⁊ determināte copulā. Mod⁹ aūt est adiacēs rei determinatio. i. modus est determīatio quę fit ꝑ adiectiuū. Oīs em̄ modus adiectiuū est vl̄ noīale: vt albus niger. vel aduerbiale: vt sūt aduerbia. ⁊ hęc faciūt ꝓpōnē modalē. Nō tn̄ oīa: sz ea q̄ copulā determināt. vt sūt ista: possibiliter. ī possibiliter. cōtingēter. necessario. vero ⁊ falso. scitū. opinatū. creditū. imaginatū ⁊c. hęc tn̄ qn̄q̄ sumunt̄ noīalit̄. vt: possibile. ī possibile. ꝯtigēs. necesse. verum ⁊ falsū ⁊c. Propositio itaq̄ modal̄ d̄r cui⁹ copula aliq̄ dictoꝝ modoꝝ determinat̄. vt: hō necessario ē aīal. hoīem currere est contingēs. Est aūt in his aliq̄d q̄d verbū siue dictū noīat̄: scz actūs cū infinitiuo: aut ntūs cū indicatiuo. vt: hoīem currere. hō currit. Rōne cui⁹ modalib⁹ cōuerti congruit: ⁊ neutiq̄ rōne modi: qui se semꝑ ex parte copulę tenet.

ꝓpositio modalis.

De Cōuersione modaliū. Ca. XI. Dis.

Possibile

Quomodo cōuertēdę sunt modales? Mag. Ad cognitionem hui⁹ oportet p̄scire accęptiōes Possibilis. q̄d accipit̄

primo cōiter: ⁊ dicitur possibile altū. ⁊ duplex est: scz necessarium et nō necessariū. i. cōtingēs. Ideo quicquid de vno dicit̄ similiter de altero intelligendum est. Et tale rursus trifariū est. scz possibi- sibile siue contingens rarū: natum: ⁊ ad vtrūlibet. Illo cognito/ regulis quibusdā paucis modaliū habebis cōuersiones. Prima Omnes de possibli ⁊ cōtingenti alto cōuertūtur eodē mō sicut il lę de inesse. Secūda. Omnes de possibili ⁊ cōtingenti ad vtrumli bet cōuertēdę sūt in oppositā qualitatē. Tertia. Om̄es de necessa- rio cōuertunt̄ eodē mō sicut illę de inesse. Quarta. Oēs de īpossi- bili cōuertunt̄ eodē mō sicut illę de necessario q̄b⁹ ęq̄ppollēt. de q̄ infra. Uñ si ęquipollēt ꝑticulari negatiuę de necessario: nō cōuer tuntur. qꝛ nec ipsę ꝑticulares negatiuę de necessario cōuerti pos- sunt. cui⁹ rō est. qꝛ om̄es de necessario cōuertūtur sicut illę de ines se: sz ꝑticularis negatiua de inesse nō cōuertit̄ nisi cōuersiōe ꝑ con trapositionē. quā philosoph⁹ ponere nō curauit: cū non deseruiat ad syllogismorū reductionē: nec sit consequētia formalis.

Cōtingens rarum. natum: ad vtrumlibet

Regule conuersiōis modalium.

De equipollentia modaliū. Ca. XII. Dis.

Quo ingenio modaliū ęquipollentię sūt indagandę. Ma. Illo. Nā om̄es de possibili ⁊ īpossibili ęquipollēt verbo si militer se habēte. ⁊ modo dissimiliter. Et oēs de possibili ⁊ necessario ęquipollēt verbo ⁊ modo dissimilit̄ se habēte. Oēs au tē de īpossibili ⁊ necessario ęquipollēt verbo dissimilit̄ se habēte: ⁊ modo sil'r. Modus aūt vl' verbū tūc sil'r se habet: quādo in vtro q̄z affirmat̄ aut negatur. Tunc vero dissimil'r se habet: cuz in vna negatur ⁊ in alia affirmat̄. Negatio em̄ posita ad dictū habet se ac si modo postponeret̄. Horū exempla in subscripta patēt figura.

Pur	Petrū ñ eē ñ ē possibile		I	Petrū eē ñ ē possibile
Pu	Petrū ñ eē ñ ē cōtigēs	ꝯtra	LI	Petꝝ eē ñ est ꝯtigēs
Re	Petꝝ ñ eē est īpossibile	rię	A	Petꝝ esse ē īpossibile
A	Petrū esse ē necesse		EE	Petrū eē ñ ē necesse

subalternę — Contra dictorie — subalternę

Contra dictorie

A	Petrū eē ē possibile		E	Petꝝ nō eē ē possibile
MA	Petꝝ esse ē cōtingēs	subcō	Den	Petꝝ nō eē ē cōtigēs
BI	Petꝝ eē ñ ē īpossibile	trarię	Tu	Petꝝ ñ eē ñ ē īpossibile
M⁹	Petꝝ ñ eē ñ ē necesse		Li	Petꝝ eē nō ē necesse.

In hac figura modaliuz quattuor sūt anguli ⁊ propositiones q̄ sibijpsis in vnoq̄q̄z angulo mutuo equipollent.

De oppositione modalium. Ca. XIII. Dis.

Oppositio in modalib⁹ quō est sumenda? Mag. Penes dictū oppositio eodē modo sumitur sicut ī illis de inesse. Sed penes modū oēs de necessario sūt vniuersales affir- matiuę: ⁊ oēs de īpossibili vl'es negatiuę. oēs aūt de possibili ⁊ cō

tingẽti non/sũt particulares negatiuę. Uñ in figura ꝑdicta oẽs de quarto ordine sũt vles affirmatiuę. oẽs de tertio ordine sũt vniuersales negatiuę. oẽs de scõo ordie sũt ꝑticulares negatiuę. oẽs vero de primo ordine sũt ꝑticulares affirmatiuę. Ex his facile colligit: oẽs de q̃rto ordine his de ordine tertio cõtrariant: illis autez de ordie scõo ꝓdictorias esse. his vero de ordie primo subalternas censeri. sil'r illę de ꝑmo ordine illis de scõo sũt subcõtrarię: ⁊ his de tertio ordine ꝓdictorię: illis aũt de quarto ordie sũt subalternę. Ut autẽ angulos dictos mõ facilior possis constituere: q̃ttuor dictiones ordinatę sunt angulis quatruor deseruiẽtes. Quaꝝ ꝑma est: Amabim⁹. Secũda: Edẽtuli. Tertia: Iliace. Quarta: Purpurea. In q̃b singulis q̃ttuor sũt syllabę modis q̃ttuor scõm ordinẽ deseruientes. ⁊ vocales i his posite: dicti ⁊ modi affirmationem ⁊ negationem indicãt. Hoc mõ: vbi eñ ponit̃ a: signat/nec dictum/nec modũ negari. E vero dictũ negat. I negat modũ. Et u negat dictũ ⁊ modũ. Id autẽ facile hoc metro cõmendabis memorię. E dictũ negat. I q̃ modũ. A nil. ſꝫ v totũ. Hactenꝰ de ꝓpositiõe vna simplr. Nũc de ꝓpositiõe vna ꝓiũctiõe (q̃ ⁊ hypothetica) videamꝰ.

Hec clarius i ꝓtracta figura ad oculum cõ ſpiciuntur

De propositiõe hypothetica. Ca. XIII. Bi.

Propositio hypothetica

Uid est ꝓpositio hypothetica? Ma. Quę habet exꝑsse vel implicite formaliter/vel equiualẽter duas cathegoricas ꝓpositiones vel aliquod ꝓportionabile illis tanq̃ ptes ꝑncipales sui: aliqua cõiunctiõe cõiunctas. vt si hõ currit: hõ mouetur. Et hęc tripertita reperit̃. ſ. copulatiua: diſiunctiua ⁊ conditionalis.

Copulatiua.

Diſ. Quę est copulatiua? Mag. In qua duę ꝓpositiones cathegoricę cõiungunt̃ ꝑ cõiunctionẽ copulatiuã: vt hõ currit ⁊ asinus clamat. Ad hanc reducit̃ ꝛpalis. vt dũ hõ currit: hõ mouetur. Resoluit̃ eñ hęc in vnã copulatiuã. vt hõ currit i aliq̃ ꝛpe: ⁊ i eodẽ mouet̃. Simili ratione localis ad copulatiuã reduci dinoscit̃: qz in eã resoluitur: vt vbi hõ currit ibi mouet̃. i. hõ currit in aliq̃ loco: ⁊ in eodẽ mouet̃. Requirit̃ aũt ad veritatẽ copulatiuę vtrãq; ꝓtez esse veram: ⁊ ad falsitatẽ sufficit alterã ꝑtem esse falsam. Obid valet cõsequẽtia a tota copulatiua ad quãliber eiꝰ ꝑtẽ: ⁊ nõ e cõuerso. sequitur eñ: hõ currit: ⁊ hõ disputat: igit̃ hõ currit.

Diſiunctiua

Diſ. Diſiunctiua q̃ est? Mag. In qua ꝓpositiões duę cathegoricę cõiunguntur per cõiunctionẽ diſiunctiua: vt hõ currit vl' petrꝰ scribit. Et ad veritatẽ illius sufficit alterã ꝑtẽ esse verã. Et ad falsitatẽ req̃ritur/vtrãq; partẽ esse falsam. Et ob hoc valet ꝯsequẽtia ab vna eiꝰ parte ad totã diſiunctiuã ⁊ nõ e cõuerso. vt seq̃tur hõ: hõ currit: igitur hõ currit vl' petrꝰ scribit.

Conditionalis. Cauſalis.

Diſ. Cõditiõalis q̃ est? Mag. In q̃ duę ꝓpositiões cathegoricę cõiungunt̃ ꝑ ꝓiũctionẽ ꝯditionalẽ: vt si hõ currit/hõ mouet̃. Et ad eã reducit̃ cauſal'. In q̃ ſcz ꝓpositiões coniunctiõe cauſali cõiungũtur: vt qz hõ currit: hõ mouet̃. Requirit̃ aũt ad veritatẽ eiꝰ q̃ antecedẽs nõ possit esse verũ sine ꝯsequẽte, vt

si hō est/aīal ē. Et ad falsitatē ei⁹ sufficit: q̄ añcedēs possit esse verꝫ cōsequēte exñte falso. vt si aīal est/ hō ē. Quapropter valet consequētia: a positiōe antecedentis ad positionē cōsequētis. vt homo est: igitur aīal est. Sil'r a destructiōe cōsequētis ad destructionem añcedentis. vt hō nō currit: igitur hō nō mouet. Cognita ꝓpositione/ordo p̄missorū expostulat vt argumētatiōes ꝑcurramus.

Tract. IIII. d̄ argumētatiōe ⁊ syllogismo simplicit̄ dicto. Ca. I. Quid argumētatio: q̄d argumētū et argumentatiōis q̄ spēs. Dis.

Argumentatio.

Argumētum

Quid ē argumētatio? Mag. Est argumēti ꝑ orationem explicatio. hoc ē: Argumētatio ē orō in q̄ ꝟt⁹ argumenti siue medij ostenditur ⁊ explicat̄. Cū scz ex vniōe extremitatū ī p̄missis cū medio/ifert̄ vnio eoꝝ inter se ī cōclusione. Argumētū aūt ē rō siue mediū rei dubię faciēs fidez: vl' ē mediū ꝓbās ꝯclusionē. Quid aūt ꝑ ꝯclusionē significet̄ iferius manifestū erit. Jā ad argumētatiōis diuisionē ꝓgrediamur.

Argumētationis species.

Dis. Quot igit̄ sūt argumētatiōis spēs? Ma. Quattuor. s. syllogism⁹: enthymema: inductio ⁊ exēplū. De his eo q̄ enūeratę sūt ordine dicem⁹. Et primū de syllogismo. Nā oēs alię ad ip̄m tanq̄ ab ꝑfectiorē habent reduci.

De syllogismo et ei⁹ principijs. Ca. II. Ma.

Syllogism⁹

Est āt syllogism⁹/orō ī q̄ positꝫ q̄busdā ꝓpositiōib⁹ siue p̄missis aliud q̄dē ab his q̄ posita sūt (scz ꝯclusio) d̄ nc̄itate accidit: eo q̄ hęc sūt. i. ꝓpt̄ p̄missas positas. In hac āt definitiōe syllogismi īnuūt̄ p̄ncipia materialia ⁊ formalia. Materialia q̄dē: cū d̄r (q̄busdā) Formalia āt: cū d̄r (positꝫ) q̄d valet ī mō ⁊ figura dispositꝫ. De q̄b⁹ ⁊ alijs duob⁹ p̄ncipijs vicz regulatis ⁊ ꝑfectiuis ī sequētib⁹ disserēdū ē: ni tu habeas q̄d añ hęc inq̄rere voluerꝫ

Dis. Qīno nihil: sz iā dictū teneam⁹ ordinē. Ma. Exordiamur itaq̄ a p̄ncipijs syllogismi materialib⁹: q̄ sūt ꝓpositio ⁊ terminus.

De propositione ⁊ termīo prīcipijs syllogismi materialibus. Capitulum. III. Dis.

Propositio.

Quid ē ꝓpositio? Ma. ē orō affirmatīa vl' negatīa alicui⁹ d̄ aliq̄. Di. Cur hęc definitio cū ea quā ī supioribꝫ tradidisti nō cōcordat? an q̄ aliā h̄ definire voluisti ꝓpositōez q̄ ī supioribꝫ? Ma. Nō aliā sz al'r ꝯsideratā. In supioribꝫ eī ꝓpositionē ꝯsiderauim⁹: vt ꝑ eā verꝫ ⁊ falsū enūciam⁹. vñ ⁊ eā enūciatōez vocare haud p̄termisim⁹. Hic ꝟo eā ꝯsid̄rabim⁹ ea rōe q̄ ex ip̄a syllogismū simpl'r fabricam⁹. Ex q̄ diuersa sortit̄ noīa. Nā d̄r ꝓpō: q̄ si ꝓ alio. s. ꝯseq̄nte vl' ꝯclusiōe positio. Dr̄ ⁊ p̄missa: q̄ ꝯclusiōi p̄mittit̄. Dr̄ itē ⁊ ꝯclusio: cū iā argumēto ꝓbata fuerit. Añq̄ āt ꝓba

Premissa

Conclusio

Questio ta sit: questio ē. Questio em̄ dubitabilis ꝓpositio ē. Partes ꝓpositionis termini sūt/ subiectū ⁊ p̄dicatū. Terminū em̄ dicim⁹ i quē resoluit ꝓpositio: vt in p̄dicatū: ⁊ in id de quo p̄dicatur (.i. in subiectum) appositio vel diuiso esse vel nō esse. .i. apposita copula affirmata vel negata. Nullus aūt syllogismus ex plibus ꝫ tribus terminis integrat: quorū primus maior extremitas: secūd⁹ minor extremitas: tertius vero medium dr. quod bis sumptū cū extremitatibus duas integrat ꝓpositiōes: q̄ sūt ptes materiales syllogismi ꝓinquę: q̄ sūt p̄missę. quaꝝ ea in qua prim⁹ termin⁹ ponit cū medio/maior: illa vero in qua scūs termin⁹ ponit cū medio minor dicitur. Duo vero termini prim⁹ scz ⁊ scūs sine medio cōiuncti/ tertiam syllogismi integrāt ꝓpositionē: q̄ dr conclusio illata ex p̄missis necessitate cōsequētię. Mediū aūt in eā nō ingredit. Di. Quo autē ordine p̄missę sunt ponēde vt cōclusionē inferant? Ma. Eo quē syllogismi principia formalia indicant.

De principijs syllogismi formalibus: Capitulum. IIII. Discipulus

Ue sūt p̄incipia syllogismi formalia? Ma. Sūt figura ⁊ mod⁹. Figura q̄dē ē ordinatio triū terminoꝝ scūz debitā subiectionē ⁊ p̄dicationē. Hui⁹ aūt variatio q̄ trifaria ē/ triplicē figurā oñdit. Quaꝝ prima ē: in q̄ mediū subiicit i vna ⁊ p̄dicatur in alia: ⁊ sic quarta nō distinguit a p̄ia. vt ois hō ē aial: petr⁹ ē hō: igit petr⁹ ē aial. Scūa ē in q̄ mediū p̄dicat i ambab⁹. vt ois hō ē aial: null⁹ lapis ē aial: igit null⁹ lapis ē hō. Tertia ē in qua mediū subiicit i vtraq; vt ois hō ē aial: ois hō ē substātia: igitur q̄dā substātia ē aial. Dis. Quid ē modus? Ma. ē ordinatio p̄missaꝝ i debita ꝫtitate ⁊ q̄litate. Est aūt debita q̄litas vt ad min⁹ vna sit affirmatiua. Naz ex puris negatiuis nihil seq̄tur. Et cū vna p̄missaꝝ negatiua fuerit: cōclusio negatiua erit. Sic debita quātitas ē: q̄ ad min⁹ vna p̄missarū sit vl'is. Nā ex puris p̄ticularib⁹ nihil sequit. Et cū vna p̄missarū p̄ticularz fuerit: cōclusio p̄ticularz ē. Erit aūt i bis oīb⁹ ō p̄ticularib⁹/ idefinitz ⁊ singl'arib⁹ idē iudiciū. Di. Quot sūt modi? Ma. quis figuraꝝ suos hz mōs.

Figura Prima figura. Secunda. Tertia. Modus. Qualitas debita Quantitas.

De modis prime figure. Capi. V. Dis.

Uot sūt modi p̄ię figurę? Ma. Quattuor directe cōcludētes: ⁊ q̄nq; indirecte. Est aūt directe cōcludere maiorē extremitatē de minori in cōclusiōe p̄dicari. Indirecte ꝯo cōcludere ē minorē de maiori extremitate in ꝯclusiōe p̄dicari. Di. Qui sūt modi directe cōcludentes huiusce figurę? Ma. Qui p se quētes designant dictiōes: q̄ sūt Barbara: Celarēt Darij ⁊ Ferio. Ꝯo cui⁹ intellectu memorię reponēdū: i oīb⁹ bis dictiōib⁹ ⁊ seq̄ntibus tres syllabas reperiti/ trib⁹ ꝓpositiōib⁹ syllogismi p ordinē deseruiētes. Prima em̄ syllaba deseruit maiori ꝓpositōi: scūa mi-

Directe concludere. Indirecte modi directe concludētes. prime figure

nori: tertia cōclusioni. vocales aūt ī his positę taliū ꝓpositionuꝫ et quātitatē ⁊ q̄litatē ostēdūt: hoc mō. Nā a A significat vl'em affirmatiuā. E vl'em negatiuā. J ꝑticularē affirmatiuā. ⁊ O ꝑticularem negatiuā. Dis. Hęc ꝑ exēpla in iam dictis modis explana.

Ma. Exemplū in Barbara. oīs hō est aīal. omne rationale est homo: igit̄ omne rationale est animal. Jn Celarēt: nulluꝫ aīal ē lapis: oīs hō ē aīal: igit̄ nullus hō est lapis. Jn Darij: oīs homo est aīal: petrus est hō: igit̄ petr⁹ est anīal. Jn Ferio: nullū animal est lapis: hō ē aīal: igit̄ hō nō ē lapis. Dis. Qui sūt modi īdirecte cōcludentes hui⁹ figurę? Mag. Qui ꝑ sequētes designāt̄ dictiones. s. Baralip. Celātes Dabitis Fapesmo Frisesmo. Exemplum primi ē. Oīs hō est substātia: oīs hō ē aīal: igit̄ q̄dā substātia ē hō. Scd̄i. nullū aīal ē lapis: oīs hō est aīal: igit̄ null⁹ lapis ē hō. Tertꝑ. oīs hō est aīal: petr⁹ est hō: igit̄ qd̄dā aīal ē petr⁹. Quarti. om̄e aīal est substātia: null⁹ lapis ē aīal: igit̄ q̄dā substātia nō est lapis. Quinti. qd̄dā aīal ē sb̄a: nll's lapis ē anīal: igit̄ q̄dā sb̄a n̄ ē lapis. Ex dictis pꝫ in hac figura oīa ꝓpositionū gn̄a posse cōcludi. patet rursus maiorē nō esse ꝑticularē qn̄ directe cōcludit̄. patet sil'r mīorem nunq̄ꝫ esse negatiuam.

Modi īdirecte cōcludentes prime figure.

De modis secūde figure. Capi. VI. Dis.

Qui sūt mōi scd̄e figurę. Ma. Qui ī seq̄ntib⁹ designāt̄ dictionib⁹: scꝫ Cesare Camestres Festino Baroco. Dis. Horu exēpla addas. Mag. Exēplū primi. nullus lapis ē animal: oīs hō est aīal: igit̄ null⁹ hō ē lapis. Scd̄i: oīs hō est aīal: nullus lapis est aīal: igit̄ null⁹ lapis est hō. Tertij: null⁹ lapis est aīal quidā hō est anīal: igit̄ quidā hō nō est lapis. Quarti. om̄is hō est animal: quidā lapis nō est aīal: igit̄ quidā lapis nō est hō. Jn hac etiā figura sūt duo modi cōcludentes indirecte: scꝫ fapesmo ⁊ frisemo. Exemplū primi. Om̄is hō est hō ē aīal: null⁹ lapis ē aīal: igit̄ quidā homo nō est lapis. Scd̄i: quidā hō est aīal: nullus lapis est animal: igit̄ quidā hō nō est lapis. Patet ex dictis scd̄am figuraꝫ semꝑ negatiue ꝯcludere: qꝛ in hac figura ex puris affirmatiuis nihil sequit̄. Ptꝫ rursus maiorē nūq̄ꝫ eē ꝑticularē directe ꝯcludēdo.

Modi secunde figure.

De modis tertie figure. Ca. VII. Dis.

Qui sunt modi tertię figurę. Ma. Qui his designan vocibus Darapti: Felapton: Disamis: Datisi: Bocardo: Ferison. Horū exempla sunt. Primi. Om̄is hō ē substantia: oīs hō ē aīal: igit̄ qd̄dā aīal ē substātia. Scd̄i: null⁹ hō ē lapis oīs hō ē aīal: igit̄ qd̄dā aīal nō ē lapis. Tertij: q̄dā hō est substātia oīs homo est aīal: igit̄ q̄ddam aīal est substātia. Quarti: oīs hō ē substātia: q̄dā hō est aīal: igit̄ q̄ddā aīal est substātia. Quinti: quidā hō nō est lapis: oīs hō est aīal: igit̄ quoddā aīal nō ē lapis. Sexti: nullus homo est lapis: quidā hō est aīal: igit̄ quoddā aīal nō ē

modi tertie figure

lapis. Et p̄ter hos duo modi sūt ꝯcludentes indirecte: videlicet/ fapesmo et frisesmo. Exemplū primi: oīs hō ē aīal: nullꝰ hō ē lapis: igr̄ q̄dā aīal nō ē lapis. Scd̄i: q̄dā hō ē aīal: nullꝰ hō ē lapis: igr̄ q̄ddā aīal nō ē lapis. Ex dictꝫ claret hāc figurā solā ꝑticularē ꝯcludere: et minorē negatiuā non admittere. Liq̄t ḡ vl'em affirmatiuā difficult̄ posse ꝯcludi q̄ tm̄ in prima figura ⁊ vno mō: q̄re ip̄a difficilis ē ad ꝯstruendū ⁊ facilis ad destruendū. Facilꝰ em̄ ē destruere q̄ꝫ ꝯstruere. Particularꝫ aūt negatiua facilior ē ad ꝯcludendū: q̄ in oī figura ꝯcludit̄: ⁊ ita facilis ē ad ꝯstruēdū.

De syllogisatione modalium in prima figura. Capitulum. VIII. Mag.

m Odo syllogisandi iā finē īponerē/ si te ex modaliū mixtiōe decipi n̄ formidarē. Nā ī his nōnūq̄ꝫ alię sumēdę sūt regl'ę q̄ꝫ ī ꝓpositiōibꝫ de iesse: de q̄bꝫ iā dissertū ē. Dis. Quō igr̄ modales st̄ syllogisabiles ī p̄ma figura? Ma. h mō. Ex maiore d̄ nec̄ario ⁊ miore d̄ iesse seq̄t̄ ꝯcl'o de nc̄ario: ⁊ nō ecōuerso. Sil'r si ambę p̄missę fuerit de ꝯtingēti (capto ꝓ n̄ nec̄ario) seq̄t̄ ꝯcl'o de ꝯtīgēti in barbara: celarēt: darij ⁊ ferio. Et si maior de ꝯtingēti sit ⁊ minor de inesse seq̄t̄ sp̄ ꝯcl'o de ꝯtīgēti. Si āt maior sit de iesse simpl'r ⁊ mior d̄ ꝯtingēti: sequit̄ ꝯcl'o de ꝯtingēti (capto ꝓ possibili) ⁊ cū maior fuerit de ꝯtingēti ⁊ mior d̄ nec̄ario ī om̄i mō huiꝰ figurę seq̄tur ꝯcl'o d̄ ꝯtingēti special'r capto. In Barbara āt ⁊ Darū maiore d̄ nec̄ario ⁊ miore de ꝯtingēti seq̄t̄ ꝯcl'o de ꝯtingēti (capto ꝓ possibili) in Celarēt vero ⁊ ferio si maior sit de nec̄ario ⁊ minor de cōtingenti: seq̄tur conclusio de possibili ⁊ de inesse.

De syllogi. modaliū ī scd̄a figura. ca. IX. Di

i N scd̄a figura quō modales syllogisant̄? Mag. Eo q̄ sequit̄. Ex affirmatiua de ꝯtīgēti ⁊ negatīa de inesse seq̄t̄ cōclusio de ꝯtingēti. Ex ābabꝫ vero de ꝯtīgēti non seq̄t̄ ꝯcl'o. Ex negatiua aūt de nec̄ario ⁊ affirmatīa d̄ ꝯtingēti seq̄tur ꝯcl'o de cōtingēti. Si aūt affirmatiua fuerit de ꝯtingēti ⁊ negatīa (nō q̄dē ꝑticularis sꝫ vl'is) de inesse simpl'r: seq̄tur ꝯcl'o de cōtingēti. Si āt negatiua fuerit de necessario ⁊ affirmatiua de ꝯtingēti in om̄i modo huius figurę/ sequit̄ ꝯclusio de ꝯtīgēti ⁊ de inesse.

De syllogisatione modalium in tertia figura. Capitulum. X. Mag.

i N tertia figura syllogisant̄ modales hoc mō. Ex ābabꝫ de ꝯtingēti ī oī mō huiꝰ figurę seq̄tur ꝯcl'o de ꝯtīgēti. Sil'r ex vna d̄ iesse ⁊ alia d̄ ꝯtīgēti fit ꝯcl'o d̄ ꝯtīgēti. ⁊ si affirmatīa fuerit de nec̄ario ⁊ negatiua de ꝯtingēti special'r capto seq̄tur conclusio de ꝯtingēti ⁊ de inesse. Exēpla sumāt̄ ad īstar p̄oꝝ de inesse.

De mō syllogisādi ex obliq̄s Ca. XI. Ma.

Ec credas ex rectꝫ tm̄ syllogismos posse ꝯstitui: nā ex obli
n qs fiūt. Uñ ī ꝑma figura maiore de recto ⁊ miore de obliq̄
seq̄t ꝯcl'o de obliq̄. vt oīs sophia ē disciplīa: ⁊ bōi ē sophia
g̃ boni ē disciplina. Sil'r maiore de obliq̄ ⁊ miore de recto seq̄t con
clusio de obliquo. Consil't ex ambabꝫ de obliq̄ sequit̄ ꝯcl'o de obli
quo. Sed in scd̄a figura ex obliq̄s seq̄tur ꝯcl'o de recto. vt nulli⁹
signi est signū: sꝫ ipsi⁹ risus ē signū: igit̄ ipse risus nō ē signū. In
tertia figura ex obliq̄s sil'r sequit̄ ꝯcl'o ex obliq̄.

Syllogism⁹ ex obliquis

De mō syllo. ex termīs īfinitis. Ca XII. Ma.

Ossūt etiā syllogismi ex ꝓpositiōibꝫ de termīs īfinitꝫ forma
p ri. Sꝫ cū p̄dicatū fuerit īfinitū/ diuersitatē ī syllogisando
a dictis cāt. Licet eī ad affirmatiuā de p̄dicato finito/ seq̄t
negatīa de p̄dicato īfinito. vt h̄ est albū: igr̄ nō ē nō albū. ⁊ rursus
ad negatiuā de p̄dicato īfinito seq̄t affirmatiua de p̄dicato finito
in termīs simplicibꝫ. vt h̄ nō est ñ albū: g̃ hoc ē albū. nō tñ ī cōposi
tis. vt nō seq̄t: h̄ nō ē lignū nō albū: igt̄ est lignū albū. demōstrato
petro. Et sil'r ad affirmatiuā de p̄dicato īfinito sequit̄ negatiua de
p̄dicato finito. vt h̄ est nō albū: igr̄ h̄ nō ē albū. Nō tñ sūt eędē: qꝛ
affirmatīa de p̄dicato īfinito aliq̄d ponit: negatīa āt de p̄dicato fi
nito nihil ponit. seq̄t em̄: h̄ est nō albū: igit̄ ē. sꝫ non seq̄tur: h̄ non
est albū: igr̄ est. Sic sil'i mō differūt in syllogisando. nā affirmatīa
de p̄dicato infinito ꝯcludit̄ eodē mō sicut affirmatīa de p̄dicato fi
nito: sꝫ negatīa de p̄dicato infinito nō ꝯcludit̄ eodē mō sicut nega
tiua de p̄dicato finito.

Syllogis. ex terminis infinitis

De mō syllo. ex reduplicatis Ca. XIII. Ma.

Nū restat qd̄ silētio trāsire haud potui. Dis. Qd̄: Ma.
v vt si qñqꝫ ī syllogisādo ꝓpō reduplicatīa occurrat: tūc redu
plicatio addēda ē maiori extremitati ī ꝯcl'one ⁊ nō minori
extremitati. Exēplū in ꝑma figura. om̄e ens ē disciplinatū inq̄ꝫtū
honestū: ⁊ bonū est ens: igit̄ bonū ē disciplinatū inq̄ꝫtum honestū.
Ptꝫ g̃ si alicui termīo addit̄ signū reduplicatiuū: ipsi sp̄ ē addēdū

Syllogis. ex reduplicatiuis.

De arte īueniēdi mediū ad concludēdā om-
nem conclusionem. Capitulum. Xiiij. MA.

Uoniā (vt ex dictꝫ claret) ad ꝯcludēdā ꝯclusiōeꝫ de nc̄itate
q req̄rit̄ mediū: ꝑ qd̄ vna cū maiore ⁊ minore scd̄m diuersas
hītudines modoꝝ ⁊ figuraꝝ ipsa infert̄: vt aūt tale faciū⁹
possis repire aliq̄s regulas adijciēdas esse vtilissimū visū ē: vt nō
mō syllogismos possis formare: veꝝetiā ī eorūdē formatōe ꝓmpt⁹
fieri. Sit igit̄ ꝑma regula hęc. Oē mediū aut ē ꝯseq̄ns: añcedēs:
aut extraneū extremitatibꝫ. Or̄ āt ꝯñs si sit supi⁹: ⁊ añcedēs/ si fue
rit iferi⁹ ad vnā extremitatū. Extraneū ꝟo est vni extremitati si sit
cū alt̄a ꝯuertibile. Scd̄a regl'a. Hītudo medij ad extremitates ad
ꝯcludēdā quācūqꝫ ꝯcl'onē datā/ sex cognoscit̄ dictōibꝫ. q̄ sunt Fe-

Ars inueniēdi medium ꝗ Prima regula.

Secunda

cana: Cageti: Dafenes: Hebare: Gedaco ⁊ Gebali: in q̄bus vlti
ma syllaba signat ꝯclusionē cōcludēdā iuxta vocalis exigētiā. vt
his patet versibus: Asserit a: negat e: sūt vniuersales ambę. Asse-
rit i: negat o: sūt ꝑticulares ambę. In ꝑmis aūt duabꝫ syllabis ha-
rū dictionū ponūt̄ tm̄ hę vocales a ⁊ e. A significat ꝑdicatū ⁊ e sub
iectū. Ponūtur sil'r in his ꝑmis syllabis hę ꝯsonātes b c d cū q̄-
bus sp̄ ponit̄ a ⁊ f g h. cū q̄bꝫ sp̄ ponit̄ e. significat aūt b ꝯsequēs:
c añcedēs: ⁊ d extraneū. cū igit̄ a ponit̄ cū b. significat ꝙ mediū dꝫ
eē ꝯsequēs ad ꝑdicatū. Sil'r f significae ꝯsequēs. g añcedēs: ⁊ h
extraneū. vñ si e ponit̄ cū f significat ꝙ mediū debet eē ꝯseq̄ns ad
subiectū ⁊c̄. ꝟ⁹. E subit f sequit̄ g ꝑcedit: h sit extra. Prędicat a: b
Tertia regula sequēs: c ꝑcedit: d sit extra. Vñ si ꝯcludere volueris vl'ez affirma
tiuā designatā ꝑ vltimā syllabā fecana: sumēdū ē mediū iuxta hu
ius dictōis significationē scz: ꝙ sit ꝯsequēs ad subiectū ⁊ añcedēs
ad ꝑdicatū: vt ꝯcludēdo istā: Om̄is hō est substātia: erit medium
animal. sic arguēdo: oē aīal est substātia: oīs hō ē aīal: igit̄ oīs hō
est substātia. sic faciendū ē in alijs. Mediū aūt qđ se habuerit iu-
xta exigētiā harū dictionū Hedas/Febas ⁊ Hecas: inutile erit:
qꝛ aut arguerēt ex puris affirmatiuis in scđa figura ꝑ febas: aut
minore negatiua in ꝑma figura ꝑ hedas: aut ex puris negatiuis ī
qualibet figura per hecas. Hęc de ꝑncipijs syllogismi ⁊ materia-
libus ⁊ formalibꝫ: ꝑfectiua disquiramus.

De ꝑricipijs syllogismi ꝑfectis. Ca. XV. Di

Quę sunt ꝑncipia syllogismi ꝑfectiua? Ma. Quę syllogis-
q mos imꝑfectos ꝑficiūt: ⁊ euidentiā ꝯcludēdi in ipsis ostē-
dunt. Dis. Ex his ītelligo syllogismos quosdā ꝑfectos:
Syllogismꝰ ꝑfectus alios vero imperfectos esse. Mag. Bn̄ ītelligis. Perfectus em̄
est qui nullꝰ alterꝰ īdiget ꝑter ea q̄ sumpta sūt: vt appareat neces
sarius. vt sūt syllogismi q̄ttuor ꝑmę figurę/directe cōcludētes:
Syllogismꝰ imꝑfectus et solū isti. Sed syllogismꝰ imꝑfectꝰ est q̄ indiget vniꝰ aut pluriū:
quę quidē sūt necessaria ꝑ sumptos terminos: ⁊ nō ꝑ sumptas ꝓ-
positiōes. Perficit̄ em̄ si ad syllogismū ꝑfectū reducat̄. Quod q̄-
dem dupl'r fit: ostensiue scz ⁊ ꝑ impossibile. Dis. Quō fit redu-
Reductio ostensiua. ctio ostensiua? Ma. Per cōuersionē aliquarū ꝓpositionū syllo
gismi imꝑfecti: ⁊ qñq̄ ꝑ transpositionē ꝑmissarū. Dis. Per quod
aūt cognoscere possum q̄ ꝓpositio syllogismi imꝑfecti debeat con-
uerti: ⁊ qua cōuersionis spē? aut quādo ꝑmissę debeāt transponi?
Ma. Hoc facile deprehendes ꝑ cōsonantes positas in dictioni
bus modos significātes. Nā vbicunq̄ ponit̄ s/ significat ꝙ ꝓpo-
sitio designata ꝑ vocalem īmediate ꝑcedētē debet ꝯuerti simplici-
ter. Ubi aūt ponit̄ p/ significat ꝙ ꝓpositio ꝑ vocalē īmediate pręce
dentē designata/debet ꝯuerti ꝑ accidēs. Ubi vero ponit̄ m/ signi-
ficat ꝙ ꝑmissę debēt transponi: maior scz in loco minoris ⁊ ecōuer-
so. Ubi aūt ponit̄ c/ significat ꝙ talis syllogismus ostēsiue nō po

test reduci/sed poti⁹ ꝑ impossibile. Qđ facile his metris memoraberis. Simplicit̃ verti vult. S. P. ꝟo ꝑ acci. M. vult trãsponi sꝫ C ꝑ impossibile duci. Nõ aũt solũ hi modi in quib⁹ c ponit̃ reduci pñt ꝑ impossibile: sꝫ oẽs ĩpfecti: vt ĩfra patebit. Ꝛr̃ę vero initiales signãt ad q̃s modos ꝑmę figurę syllogismi impfecti ostẽsiue sint reducẽdi. Debẽt em̃ syllogismi impfecti ad eos pfectos reduci cuꝫ quibus in initialib⁹ dictiõis ꝯcordãt. vt: Zelãtes ad Celarẽt ꝛc̃.

Dis. quõ fit reductio ꝑ impossibile? Mag. Hoc mõ. vt sumatur oppositũ ꝯdictoriũ cõclusionis/cũ altera ꝑmissarũ syllogismi ĩpfecti: ꝛ inferat̃ oppositũ alteri⁹ ꝑmissę in mõ pfecto. Vñ in modis primę figurę indirecte concludentib⁹ maior debet sumi ꝑ minore: ꝑterq̃ꝫ in celantes/vbi minor debet sumi ꝑ maiore. In secũda aũt figura sꝑ seruat̃ maior. In tertia aũt sꝑ retinet̃ minor. Dis. Per q̃d aũt agnosco ad quẽ modũ primę figurę pfectũ/quiuis syllogismus impfect⁹ reducẽdus sit ꝑ impossibile? Mag. Per vocales sequẽtiũ dictionũ: scꝫ n esciebatis: odiebã: leuare: romanis. Vñ ꝑma harũ dictionũ: scꝫ nesciebatis/hꝫ q̃nq̃ꝫ syllabas q̃nq̃ꝫ modis impfectis primę figurę ꝑ ordinẽ seruiẽtes. Quaꝝ prima signat/ꝑmũ inter hos modos reducendũ esse ꝑ impossibile ad moduꝫ pfectũ primę figurę cõcludẽtẽ ꝓpositionẽ ꝑ vocalẽ e designatã: ꝛ ẽ Celarent. Sil'i modo est in sequẽtib⁹. Ita pariformiter scđa dictio. s. odiebã/quattuor hꝫ syllabas modis secũdę figurę per ordinẽ deseruiẽtes. Tertia aũt ꝛ quarta dictiones sex habẽt syllabas modis tertię figurę deseruientes. s. leuare/ romanis. Dicit̃ aũt talis reductio ꝑ impossibile: qꝛ fit ꝑ cõtradictorias quas impossibile est simul esse veras aut falsas. Et fundat̃ sup illã maximã: Qñ ex opposito consequẽtis infert̃ oppositũ antecedentis in formali consequẽtia: prior ꝯsequẽtia formalis fuit. Est em̃ q̃nq̃ꝫ cõsequẽtia bona: sed nõ formal'/sed potius material': cũ cõsequẽs sequit̃ ex antecedẽte ratione materię: ꝛ nõ formę syllogisticę. Reductio vero ostensiua fundat̃ in hac maxĩa: Quicq̃d sequit̃ ad ꝯsequẽs bonę cõsequentię: sequit̃ ad antecedẽs eiusdẽ. Et virtute haꝝ maxiarũ tenẽt ꝑdictę reductiões. vñ licet particularis affirmatiua nõ cõuertat̃ ꝑ accidens in ꝯsequẽtia formali: tenet tñ talis reductio: nõ quidẽ virtute cõuersionis/sed maximę sup qua fundatur: sicut patet reducendo ostensiue baralipton ad barbara. Sed de his satis ad pręsens: Ad principia regulatiua transeam⁹.

Reductio ꝑ impossibile

De principijs regulatiuis syllogismi.

Capitulum. XVI. Disci.

Q Uę sũt syllogismi regl'atiua ꝑncipia? Ma. hęc ꝑ q̃ regulãtur ꝛ ꝓbant̃ vtrũ sint ꝯñtię formales/ꝛ euidẽtes. Et sunt duo. s. dici de oĩ: ꝛ dici de nullo. q̃rũ primũ ꝯuenit syllogis

mis affirmatiuis. Scdm ꝟo negatiuis. Dis. Quid ē dici de omni? Ma. Dici de oī ē/cū nihil ē sumere sub subiecto d̄ q̄ nō p̄dicet̄ p̄dicatū in ꝯclusione. vt ī h̄ syllogismo. Oē aīal ē substātia: oīs hō est aīal: igit̄ oīs hō est substātia. Substātia em̄ d̄r in ꝯclusiōe de q̄ libet subsumpto sub aīali. Per oppositū dici de nullo est/cū nihil est sumere sub subiecto a q̄ nō remoueat̄ aut negetur predicatuz. vt in illo syllogismo. null⁹ lapis est aīal: oīs petra est lapis: igitur nulla petra ē aīal. Ibi nāq; aīal p̄dicatuz negat̄ in ꝯclusione de oī subsumpto sub lapide. Sz esse in toto potius respicit subiectū in ordine ad p̄dicatū: sicut dici de omni prędicatū. Et nō esse in toto respicit subiectū in ordine ad p̄dicatū: sicut ecōuerso/dici de nullo prędicatū in ordine ad subiectū. Quicūq; igit̄ syllogismi his n̄ regulant̄ principijs īmediate. vt primi quattuor primę figurę. aut mediate (scz reductiōe) vt oēs alij: etiā aliaꝝ figuraruz syllogismi: boni nō sūt. Et in ipsis dari pn̄t termini in q̄bꝫ omni: ꝛ termini in q̄bus nulli. Dare aūt terminos in q̄bꝫ omni/ē dare tres termīos/ex quibꝫ ꝑm aliquā dispositionē alicui⁹ figurę ꝯstituunt̄ duę ꝓpōnes verę: ex quibꝫ infert̄ ꝯclusio in q̄ prędicatū ꝯuenit omni supposito subiecti. Dare aūt termīos in q̄bꝫ nulli: est dare tres termīos/ex q̄bus ꝑm eandē dispositionē ꝛ figurā formātur duę ꝓpositiones verę: ex q̄bꝫ infertur ꝯclusio in qua p̄dicatū nulli supposito subiecti inest. vt si quis dicat/ ex puris negatiuis bonū fieri syllogismum sic arguēdo. Nullus hō est asin⁹: null⁹ lapis est hō: igitur null⁹ lapis est asin⁹. Tu dabis terminos in q̄bꝫ nō: scz hō risibile/asin⁹. sic arguēdo: nullus asin⁹ est hō: nullū risibile est asinus: igitur nullū risibile est hō. Ibi p̄missę sunt verę ꝛ ꝯclusio ē falsa. Ex quo patet syllogismū ex puris negatiuis nō esse ꝯsequētiā formalē: qꝛ nō valet in oībꝫ terminis eadē forma retēta. Facile autē est dare huiusce terminos: si obserues vt alter de altero p̄dicetur cōuertibiliter/vl̄ nō cū extraneo vtriusq;. vt: hō risibile lapis. vl̄ cū supiore ad vtrūq;. vt hō rōnale substātia ꝛc̄. Syllogismus aūt expositori⁹ q̄ ꝓprie fit in tertia figura: cui⁹ scz mediū est termin⁹ singularis singulariter ꝛ vniuoce tētus/regulatur ꝑ hoc p̄ncipiū: Quęcūq; duo in aliquo vno singulari singulariter ꝛ vniuoce tento cōueniūt/inter se conueniūt: vt petrus est hō: petrus est risibilis: igit̄ risibibile ē hō.

Dici de omni

Dici de nullo

Esse in toto nō esse ī toto

Termini in q̄bus omni

Termini in q̄bus nulli.

Syllogis. expositorius

De ptātibus syllogismi. Ca. XVII. Mag.

Vt aūt syllogisticę argumētationis cōpletiorē adipisci possis cognitionē: post tradita p̄ncipia de ei⁹ ptāte disserēduz esse arbitror. Est aūt ptās syllogismi ꝓprietas q̄dā syllogismo ad veritatis ostēsionē ꝛ falsitatis euidētiā attributa. Et in sex repitur ptita spēs. Quarū prima est: Posse plura concludere. Dis. Quibꝫ syllogismis competit? Mag. Primo competit syllogismis vniuersalem concludentibus. Hi enim possunt cōclu-

Potestas syllogismi

Posse plura concludere

dere omnes singulares illius vniuersalis. Scdo competit syllogismis ꝯclusionē ꝯuertibilē ꝯcludētibꝫ. Tales em̄ ⁊ ꝯuertibilē et ꝯuertentē concludūt. Tertio cōuenit syllogismis vniuersalibꝫ per subsumptionē in latus: subsumēdo scꝫ sub medio distributo plures minores extremitates. Et in post: subsumendo scꝫ sub minore extremitate distributa/plures alias extremitates minores. Quod facile est videre in modis vniuersalibus.

De scda ptate syllogismi. Ca. XVIII. Di.

Ex falsis syllogisare verum.

s Ecūda syllogismi ptās q̄ ē? Ma. Posse ex falsis verū syllogisare/qꝛ ē/videlicet: sꝫ nō ꝓpt̄ q̄d. Ex veris aūt nil nisi verū sequitur. Est aūt hęc ptās latissima: in q̄libet em̄ mō cuiuslibet figurę ex ambabꝫ falsis/aut ex vna vera et altera falsa seq̄tur verū. dēpta prima figura: cū maior fuerit in toto falsa ⁊ minor vera. tūc em̄ maior extremitas diceret̄ false de medio ꝓ q̄libet supposito/⁊ vere pro aliquo supposito: quod est impossibile.

De tertia ptāte syllogismi. Ca. XIX. Dis.

Circulariter syllogisare

Syllogismꝰ circularis.

t Ertia ptās syllogismi q̄ est? Ma. Posse circulariter syllogisare. Et ob id syllogismꝰ ꝑ quē hoc fit circularis dicit̄. Et est q̄ ex ꝯclusione prioris syllogismi cū cōuertēte vnius pręmissę ad inferēdā alterā pręmissam ꝓcedit. Dis. Quibꝫ cōpetit? Mag. syllogismis in omnibus modis primę ⁊ secūdę figurarū. Simil'r modis particularibꝫ tertię figurę. In omnibꝫ em̄ his saltē vna p̄missarū circulariter pōt ꝯcludi. Nō tñ sp̄ in forma propria: sed quādoqꝫ ipsa conuersa. Et inuenies: ꝙ in modis negatiuis affirmatiuam/⁊ in modis particularibus vniuersalem circulariter syllogisare nō potes. Nunq̄ etiā ex veris circulariter syllogisari cōtingit: nisi pręmissę fuerint conuertibiles. Accidit tñ circa hūc syllogisandi modū q̄nqꝫ peccare ⁊ p̄ncipiū petere. qđ fit/q̄ties vel nihil ostēdit̄: vel aliq̄d ꝑ ignotiꝰ/aut priꝰ ostēdit̄ ꝑ posteriꝰ. Et đr tūc petere p̄ncipiū statim/qñ idē ꝑ seip̄m ostēditur. vt a est: igitur a est. Et nō statim: cū aliqđ ꝑ aliud ostenditur qđ natū esset ostēdi ꝑ primū. vt lineę nō cōcurrūt/igitur sunt parallelę.

Petitio principij.

De quarta ptāte syllogismi. Ca. XX. Dis.

Conuersiue syllogisare

Syllogismꝰ conuersiuus

q Uę est quarta syllogismi ptās? Ma. Posse conuersiue syllogisare. Uñ ⁊ talis syllogismus conuersiuus đr. Et ē qui ex contrario vel cōtradictorio conclusionis/cum altera pręmissarū ꝓcedit ad illationem oppositi contrarij aut contradictorij alterius pręmissę. Dis. Quibus cōpetit? Ma. Omnibus particularibus syllogismis: si oppositum contradictoriū cōclusionis accipimus. Uniuersalibus autem primę figurę: similit̄ secūdę figurę: dempta maiore propositione/cōpetere potest: si cōclusionis sumatur contrarium.

De q̃nta ptãte syllogismi. Ca. XXI. Dis.

Ad impossibile syllogisare.

Quę est q̃nta potestas syllogismi? Ma. Syllogisare ad impossibile. Hoc aũt fit: accipiẽdo ꝯtradictoriũ propositionis negatę a respõdẽte/cũ vna manifeste vera: inferendo vnam manifeste falsam: ex cuius falsitate vna pręmissaruꝫ interimitur: ex cuius interẽptione infertur veritas conclusionis probãdę prius a respõdente negatę. Est autẽ hęc potestas multum lata. Oĩs em̃ propositio potest per impossibile syllogisari in aliquo mõ ⁊ figura: cuius cõtradictoria põt esse pręmissa in tali mõ ⁊ figura. Et ꝓpter hoc vniuersalis affirmatiua non syllogisat̃ ꝑ impossibile in prima figura. Contingit etiam ⁊ circa hanc potestatẽ peccare; ⁊ vocatur hoc peccatũ a logicis: Non propter hoc accidere falsũ.

Peccatum logicum

Dis. Quando fit hoc? Magi. Cum in syllogismo ad impossibile ponitur vna pręmissa superflua/nihil faciens ad cõclusionis illationem: cuius tamen falsitas ex cõclusionis falsitate infertur ac si ipa eet causa falsitatꝫ conclusiõis. Et hęc quandoqꝫ concordat cũ pręmissis in vno extremo: quandoqꝫ vero in nullo.

De sexta ptãte syllogismi. Ca. XXII. Dis.

Ex oppositis syllogisare

Sexta potestas syllogismi quę est? Mag. Posse syllogisare ex oppositis. Dis. Quibus hęc cõpetit? Ma. Nulli syllogismo primę figurę: sed omnibus syllogismis secũdę figurę. Et similiter negatiuis tertię figurę. Fit autem in vniuersalibus ex contrarijs: in particularibus vero ex cõtradictorijs. Et differt hic syllogism⁹ a syllogismo qui ꝓcedit ex falsis. nã in tali cõclusio potest esse vera: hic autem cõclusio semper est falsa. Et circa hanc quidem potestatẽ cõtingit peccare peccato quod logici/fallaciam contrarię opinionis nominant: cũ scꝫ quis ad hoc ducitur vt cõtrarias imaginet̃ simul veras. Quod quidem fit duplicitter. Primo per media nõ subalternata. vt si quis sciat substantiam in esse animali ⁊ nõ sensibili/taliter decipitur: Omne animal est substantia: omnis homo est animal: igitur omnis homo est substãtia. Nullũ sensibile est substãtia: oĩs homo est sensibilis: igitur nullus hõ ẽ substãtia. Secũdo fit per media subalternata. vt si quis sciat substantiaꝫ inesse animali ⁊ non corpori: sciat tamen ꝙ corpus ⁊ animal insunt homini/hac argumentatione decipitur: Omne animal est substantia: oĩs hõ est aĩal: igitur omnis homo est substantia. ⁊ rursus: nullũ corpus est substãtia: omnis homo est corpus: igitur nullus homo est substantia. Possumus tamen quandoqꝫ extra syllogismũ cõtraria opinari: sed nõ eodem modo: sed vnũ in vniuersali/aliud vero in ꝑticulari. vt si quis sciat omnem mulam esse sterilem/scit vtiqꝫ in vniuersali hanc mulam esse sterilem. Si autẽ nesciat hanc mulã esse mulã: aut quia videt eam cũ ventre tumescẽte: opinabitur in particulari/hanc mulam nõ esse sterilem.

Peccatum logicum

Opinare contraria

De Argumentatione.

De Inductione. Ca. XXIII. Magi.

Habes itaq; primā argumētatiōis speciē ꝑm se ⁊ simpliciter
h cōsideratā ꝑ sua declaratā principia: Restat vt de alijs dis
seramus. Et primū de Inductione. Dis. Quid est Indu
ctio? Mag. Est argumētatio ꝓcedēs a singularib⁹ sufficiēter enu Inductio.
meratis ad suā vniuersalē. vt: ioānes est risibilis: ⁊ petr⁹ est risibil'/
⁊ sic de alijs hoib⁹: igit' oīs hō est risibilis. Intelligit' aūt hęc defi-
nitio nō mō ꝺ singulari ꝓprie dicto: sed etiā ꝺ singulari ī respectu.
vt: species respectu generis singularia sūt. ⁊ in illis est ꝯsequentia
formalis: nō autē in singularib⁹ simpl'r. Uel inductio est syllogis-
m⁹ (scz īpfect⁹) ostēdēs maiorē extremitatē de medio ꝑ mīorē. vt: h
equ⁹ est lōgęuus: hic asinus est longęuus/ ⁊ sic de alijs aīalib⁹ nō
habētius cholerā: igit' omne aīal nō habēs choleram est longęuū.
Dis. Cū inductio (vt dicis) sit syllogism⁹ impfect⁹: quō perficit?
Magi. Per reductionē ad syllogismū ꝑfectū: hoc mō. Accipia Inductio ꝑ-
tur disiunctū vel copulatum ex singularib⁹ ꝓ medio. vt omne qꝺ ficitur.
est hic asinus vel hic equus ⁊ sic de alijs nō habētib⁹ choleram est
lōgęuū: sz oē qꝺ est h asin⁹ vel equ⁹ ⁊ sic de alijs nō hn̄tib⁹ cholerā
ē animal nō habēs cholerā: igit' omne animal nō habēs choleram
est longęuum. Descēdamus ad exemplum.

De Exemplo. Capi. XXIIII. Dis.

Exemplum quid est? Mag. Est argumētatio qua ꝓbatur Exemplum.
e vnum particulare per aliud: ꝓpter aliquod simile repertū
in ipsis. vt Ulmēses pugnare contra Augustenses maluz
est: igitur Friburgēses pugnare cōtra Basilienses maluz est: quia
vtrobiq; est pugnare affines ꝯ affines. Reducit' āt ad syllogismū: Reductio ex
si tale simile accipiat' ꝓ medio: sic arguēdo: Quoscūq; affines pu- empli.
gnare contra affines malum est: Basilienses ⁊ Friburgenses sūt
affines: igitur Basilienses pugnare contra Friburgēses malū ē.

De Enthymemate. Capi. XXV. Dis.

Enthymema quid est? Mag. Est syllogismus imperfect⁹ Enthyme-
e in quo scz nō omnibus pręmissis positis infertur ꝯclusio. ma.
vt omne animal currit: igitur omnis homo currit. Et redu
citur ad syllogismum addendo pręmissam omissam. Per ꝯclusio
nem autem videbitur/ quę pręmissa debeat addi. medium enim
nō intrat conclusionem: sed tm̄ maior et minor extremitates. vt
omne animal currit: omnis homo est animal: igitur omnis homo
currit. Posset tamē aliter definiri/ ⁊ taliter: Enthymema syllogis
mus est exicotibus et signis. Est autē icos propositio probabilis. Icos
Signum autem est propositio necessaria: non quidez in se/ sed ra Signum.
tione illationis. Eadem igitur propositio erit icos/ quia probabi-
lis: ⁊ signum/ quia necessario infert conclusionem. Inueniunt' au

tem hęc signa naturas reꝝ inquirendo: vt mulier habet lac in mā-
millis: igitur peperit. hoc animal habet latum pectus ⁊ scapulas
igit̄ forte ⁊c̄. Sunt ⁊ alię q̄dā argumētatiōes impfectę. Di. Quę
Deductio Ma. Cū maior fuerit manifesta/ ⁊ mīor ęque aut magis dubia
conclusione: deductio dicitur: vt omne ęquale lineę rectę potest
quadrari: circulus est ęqualis lineę rectę: igitur circul⁹ potest qua
Distantia drari. Cū ꝟo infertur propositio cōtraria propositioni respōdētis
dicitur instātia. vt: si dicas: Omniū contrariorū eadē ē disciplina/
dico: nullorum oppositorum est eadem disciplina: igitur contrari
orum nō est eadem disciplina: id est instantiam facio.

Tractatus. V. De Syllogismo dialecti co. Capitulum. I. Magister.

Quēadmodū in supioribꝫ accępisti/ ⁊ syllogisandi/ ⁊ ar-
gumētādi modū ex ꝓpōnibꝫ nō veris nec falsis: sꝫ sim-
q plicit̄ ꝯsideratꝫ: vñ ⁊ syllogism⁹ ex his simpl'r dict⁹ est:
ita pariformit̄ in eisdē figuris ⁊ modis ⁊ scd̄ꝫ dicta p̄n
cipia ex ꝓpōnibꝫ ꝓbabilibus ⁊ dialecticis argumētari ⁊
Sillogissm⁹ dialecticus. syllogisare potes: ⁊ syllogism⁹ ex his format⁹ dialectic⁹ d̄r. Et est Probabilia
syllogism⁹ q̄ ex ꝓbabilibꝫ est syllogisat⁹. Probabilia aūt dicunt̄ ꝓ
Propositio dialectica positiones dialecticę. Propositio ꝟo dialectica ē q̄stio ꝓbabilis oī
bus/ aut pluribꝫ: aut sapiētibꝫ: aut his/ aut om̄ibꝫ: aut pluribꝫ/ aut
maxime notis nō extranea. Quęstio q̄dē est anteq̄ꝫ fuerit probata.
Tūc em̄ cū signo q̄sitiuo sumit̄ ⁊ vnā ꝯdictiōis partē q̄rit. vt vtrū
ꝓblema dialecticum oīs mater diligat filiū suū? Quęstionē aūt q̄ vtrāq̄ꝫ ꝯdictiōis ꝑtez Aristotelis
īq̄rit/ ꝓblema dialecticū appellam⁹. Et ē speculatio cōtēdēs ad ele pri. topi.
ctionē vl' fugā: vl' ad veritatē ⁊ sciētiā: aut vt ip̄m: aut vt admini-
culās: aut vt ad aliq̄d hmōi. Vñ q̄dā sūt ꝓblemata naturalia: q̄dā
moralia: q̄dā dialectica ⁊c̄. Et rursus q̄dā sunt de q̄bꝫ neutro mo-
do opinamur. vt: vtrū astra sint paria vel imparia. Quędā de q̄bꝫ
sapiētes ꝯriant̄ vulgaribꝫ: vt vtrū stella fixa sit maior terra. Quę
dam sunt de quibꝫ etiā vulgares inter se dissentiūt. vt: vtruꝫ hō sit
aīal vel hmōi. Et ex his q̄dā sunt q̄ positiones dicunt̄. Est aūt po-
Positio. sitio opinio alicuius notoꝝ ꝟm philosophiā/ nō extranea. vt: mo-
Aristoteles i. topicoꝝ tū distingui a mobili. Problemata aūt q̄ sunt ꝑ defectū rōnis/ dia
lectica nō sunt. Et ad assentiendū ipsis: homines nō rationibꝫ/ sed
verberibꝫ arcēdi sunt. vt: si quis quęrat aut dubitat: vtrū oporte- Pythgoras
at deos vereri ⁊ parentes honorare. Habēt aūt ꝓpositiones diale
cticę specialia prędicata/ quę similiter dialectica appellamus.

De predicatis dialecticis. Ca. II. Dis.

Predicatum dialecticum. Quid est prędicatū dialecticū? Ma. Qd̄ natū est p̄dicari
q in ꝓpositione arte dialectica terminabili. Disci. Quotu
plex? Mag. Quadruplex: scꝫ definitio: ꝓpriū: gen⁹: ⁊ ac

cidens: cōprehendendo sub genere speciem/ ⁊ differentiam genericā. Quid est definitio? Magi. Est oratio indicās quid ē esse rei. Disci. Quid est propriū? Magi. Quod nō indicat quid ē esse rei: soli aūt inest: ⁊ conuersim prędicatur de re. Disci. Quid est genus? Magi. Quod prędicat̄ de pluribus specie differentibus in eo qd̄ quid. Disci. Quid est accidēs? Magi. Est quod nec est definitio/ nec propriū/ nec genus: inest autez rei. Uel est qd̄ contingit eidem inesse ⁊ non inesse. Possunt tamen omnia prędicata ad vnum reduci. Disci. Ad quod? Magis. Ad definitionem. Sicut enim ꝓbat̄: hoc nō est ꝓprium alicui/ quia non inest ei soli: ita etiam ꝓbatur eadē via: igitur nō est definitio eius. Et sicut probatur: hoc nō est genus huic/ quia nō inest essentialiter: ita ꝓbatur: igitur nō est definitio eius. Similiter sicut probat̄: hoc nō esse accns alicui⁹/ qr nō inest: ita ꝓbabit̄ aliqd̄ nō esse definitionez eiusdem. Habēt aūt hęc p̄dicata annexa: q̄ scz eodem modo terminant̄ ⁊ probant̄ vt prędicata. Disci. Quę sunt ista? Ma. Annexa definitiōis/ proprij ⁊ generis: sunt idem ⁊ diuersum. Si em̄ probabit̄ qr aīal est genus hoīs ⁊ bouis: probatū est/ quia homo ⁊ bos sunt idē genere. Et si ꝓbatur quātitatē esse genus lineę ⁊ nō hominis: probatū est lineam ⁊ hominē esse diuersa genere. Ita pariformiter de definitione ⁊ ꝓprio exemplificandū erit. Sed accidētis annexa sunt cōparatio s̄m magis ⁊ minus. vt si probatur: hoc non est eligēdū: ꝓbatū ē/ qr non est magis eligendū ⁊c̄. Ex dictis habes ex quibus ⁊ qualibus dialecticę argumētatiōes possint fieri. Disci. Sane intellexi hoc: si quid aliud sit ad horū noticiam necessaria silentio haud prętereas. Ma. Immo aliud est. Dis. Quod est tale? Magister. Argumētatiōis ⁊ confirmatiuū ⁊ cōfortatiuuz principiū. Dis. Quod est talę? Ma. Loc⁹ dialectic⁹.

Definitio
Proprium.
Genus.
Accidens
Annexa predicatoꝝ dialecticorū.

De Loco ⁊ eius diuisione. Ca. III. Dis.

Quid est locus dialectic⁹? Ma. Est sedes argumēti. Nā ī eo q̄escit argumētū vt hō in sede. Et quēadmodū res in loco suo naturali nō modo conseruat̄/ sed etiā fit ⁊ generatur: ita argumētatio nō modo in loco dialectico ꝯfirmat̄/ verū etiā generat̄. Ob id locus in duo diuidit̄: scz in locū maximā: ⁊ locū differētia maxime. Est aūt locus maxima idem qd̄ maxima. Maxīa vero est ꝓpositio per se nota: qua scz non est alia prior aut notior in suo genere: aut ex eisdē cōstituta terminis. vt omne totū est maius sua parte ⁊c̄. Locus differentia maxime est quo vna maxima differt ab alia. Et est materialiter gen⁹. species. definitio ⁊c̄. Sed formaliter ē dictoꝝ adinuicē habitudo. Et is rursus triplex est: scz intrinsec⁹: extrinsec⁹ ⁊ medius. Intrinsecū quidē locū dicimus cum argumentū sumit̄ ex his quę sunt de substātia rei: qñ videlicet significatū termini inferētis includit̄ in significato termini

Locus dialecticus.
Maxima.
Differentia maxime.
Loc⁹ intrinsecus.

illati aliquo essendi modo. vt: animal rationale currit: igit̄ hō currit. Locus aūt extrinsecus est in quo argumentū sumit̄ ab his quę separata sunt a rei substātia ⁊c. vt petrus ē sanus: igitur nō ē eger. Locus vero medius est in quo argumētū sumit̄ ab his quę partim conueniūt ⁊ ptim differūt a rei substātia ⁊c. vt iusticia ē bona: igit̄ iustū ē bonū. De his vidēdū p ordinē. Et p̄mo de locis intrinsecis.

Locus extrinsecus

Locus medius.

De Locis intrinsecis. Ca. IIII. Magi.

Locus a substantia.

Definitio

Descriptio

Interpretatio.

St aūt locus intrinsecus dupler. Quidā em̄ sumit̄ a substantia. Quidā vero a cōcomitantibꝫ substantiā. Disci. Qñ locus sumit̄ a substātia? Magi. Quando argumentū sumit̄ ab his q̄ sunt de substātia eoꝝ quę ponunt̄ in q̄stione: ⁊ ē cū inferens ⁊ illatū includūt se cōuertibiliter. vt: aīal rōnale currit igit̄ hō currit. Et est triplex. s. a definitiōe ad definitū: ⁊ ecōuerso. A descriptione ad descriptū: ⁊ ecōuerso. Et a nois interp̄retatiōe ad interp̄retatū: et ecōtrario. Est aūt definitio (vt hic sumitur) oīo indicās q̄d est esse rei p essentialia. Dis. Quot modis sumitur locus a definitiōe ad definitū? Ma. Quattuor. P̄imo subiūciēdo definitionē affirmatiue. vt aīal rōnale currit: igit̄ hō currit. Scōo p̄dicādo definitionē affirmatiue. vt petr⁹ ē aīal rōnale: igit̄ petr⁹ ē hō. Tertio subiūciēdo definitionē negatiue: vt aīal rōnale nō currit: igit̄ hō ñ currit. Quarto p̄dicādo definitionē negatiue. vt asin⁹ nō est aīal rōnale: igitur asinus nō est homo. Simili modo a definito ad definitionez q̄ttuor sunt argumētādi modi. Et tenent oēs hi modi virtute huius maximę: Quicquid dicitur vl̄ negat̄ de definitione: dicitur aut negatur de definito: ⁊ ecōtrario. Et quicq̄d affirmatur vel negatur de definito: idē dicitur aut negat̄ de definitione ⁊ ecōuerso. Sed hęc plana sūt: descriptionē pcurram⁹. Est aūt descriptio/oratio significās q̄d est esse rei p accidētalia. Et sumit̄ accidētale p eo q̄ nō est de essentia rei. Et sic p̄miū in p̄posito accēs ōr. Disci. Quō/aut q̄t modis sumit̄ locus a descriptione? Ma. Eodē mō quo sumit̄ loc⁹ a definitiōe ad definitū: ⁊ ecōuerso. Exēpla sūt hęc. aīal risibile currit: igit̄ hō currit. petr⁹ ē aīal risibile: igit̄ petr⁹ ē hō. Aīal risibile nō currit: igit̄ hō nō currit. asinus nō est aīal risibile: igit̄ asin⁹ nō est hō. Disci. Hęc similiter plana sunt. Nominis interp̄retationē notifices. Magi. Nominis interp̄retatio est dictiōis minus notę per notiorē expositio. vt: philosophus/id est amator sapiētię. Et est dupler. Quędam em̄ cōuertit̄ cū interp̄retato. vt: amator sapiētię/⁊ philosoph⁹. Quędā vero nō. vt: lapis ⁊ lędēs pedē. De p̄ma est ad p̄positu: ⁊ ab ea sumit̄ modus arguēdi eodē modo sicut a definitione ad definitū. Exempla etiā fm̄ dictoꝝ formā sumenda sunt. Et hęc de locis quę sumūtur a substātia. Consequenter videndum de locis quę sumuntur a concomitantibus substantiam.

De Sygillismo dialectico

De locis dialecticis sumptis a concomitā tibus substantiā. Ca.V. Bisci.

Quando locus sumitur a cōcomitātib⁹ substantiā? Ma. Quando argumentū sumit ab his que consequūtur essentias rerū in questiōe positarū. Et est sextuplex. s. a toto ad partem: ⁊ ecōuerso. A causa ad effectū ⁊ econtrario. A generatōe. A corruptione. Ab vsibus. A cōmuniter accidētibus. Hos dicto prosequamur ordine. Locus a concomitantib⁹ substantiam

De loco a toto. Capitulum.VI. Bis.

Vot modis sumitur locus a toto ad suam ptem? Mag. Multis modis ſm qō totum varie diuidit. Est em̄ quoddā totū vniuersale: totum integrale: totum in quātitate: totum in modo: totum in loco: ⁊ totum in tempore. Dis. Quod dicitur totum vniuersale? Mag. Quodlibet superius respectu sui inferioris: qō pars totius vniuersalis dicit. Et sumitur argumentum ab illo toto negatiue p̄dicando totum vniuersale. vt lapis non est animal: igit lapis nō est homo. Et tenet virtute illi⁹ma xime: A quocūq; negatur genus/ab eodē negatur ⁊ species. Sed argumentū a parte ad totū vniuersale tenet affirmatiue subiȳciendo ⁊ p̄dicando partez. vt homo currit: igitur animal currit. Petrus est homo: igitur petrus est animal. Quicquid em̄ dicit de inferiore: hoc idē dicitur de suo superiore. Dis. Quod dicit totum integrale? Mag. Quod habet ptes quātitatem habentes: vt domus habet parietes/tectū ⁊ fundamentū. Et ab illo sumit argumentuz affirmatiue: vt dom⁹ est: igitur paries est. Sed a parte ad totum valet argumentū negatiue. vt paries nō est: igitur domus nō est. Nam posito toto/ponūtur ⁊ oēs ptes ipsū integrantes. Et vna parte nō existēte/totū existere nō pōt. A partib⁹ aūt simul sumptis ad totū valet argumentū affirmatiue. vt paries est: tectū est: et sic de alīs partib⁹ dom⁹ igitur: domus est. Totum vniuersale

Totum integrale

Dis. Quod est totum in quātitate? Ma. Est vniuersale/sumptū vniuersalit: qō fit/si vniuersali addat signū distributiuū: vt omnis homo. Et ab isto sumitur argumētū affirmatiue ⁊ negatiue. vt oīs homo ē aīal igitur petrus est aīal: nullus bō est asinus: igitur petr⁹ nō ē asin⁹. Si em̄ vniuersalis sit vera: quelibet particularū est vera. Similiter si vniuersalis fuerit falsa: quelibet ptcularū est falsa: sed nō econuerso. Ideo ab vna harū partiū ad totū/argumentū nō valet sed ab oībus simul sumptis. vt petr⁹ est aīal: ioānes est aīal: et sic de alīs: igitur oīs homo est animal. et petrus nō est asinus: ioannes nō est asin⁹: ⁊ sic de alīs: igit nullus bō ē asin⁹. Dis. Quod est totū in mō? Ma. Est vniuersale sumptum sine determinatione: vt homo. Vniuersale aūt sumptū cum determinatione nō diminuente sed restringente ōz pars in mō: vt bō albus. Et ab his Totū in qnitate.

Totum in modo.

sumitur argumētū eodē modo sicut a toto vniuersali: vt asinus nō est homo: igitur asinus nō est homo albus. Et petrus ē hō albus igit petrus ē homo. Si aūt determinatio fuerit diminuens/nō sequitur: vt petr⁹ ē hō mor: tu⁹: igitur petrus ē hō. Hic est leo pict⁹: igitur hic est leo. Dis. Totum in loco q̄d est? Mag. Quod significat oēm locū: vt vbiq; nusq; ꝛc. Sed id q̄s vnū locū significat pars in loco ō: vt/hic. Ab his argumētandū est sicut a toto in quantitate: vt deus est vbiq;: igit deus ē hic. Chymera nusq; est: igitur chymera non est hic. Et rursus: petr⁹ nō est hic: igit petr⁹ nō est vbiq; ꝛc. Dis. Quod est totū in tpe? Ma. Quod significat omne tempus. vt semper nunq;. Id vero quod vnum solum tempus significat/ est pars in tempore. Et ab his sumitur argumentum sicut a toto in modo. vt deus est semper: igitur deus est nunc. Et rursus: chymera nūq; est: igitur chymera nō est nunc.

Totum in loco.

Totum in tē pore.

De loco a causa ad effectum: et econuerso Capitulum. VII.

Mag.

Causa q

Vi sequitur est locus a causa ad effectū ꝛ econtrario. Causam aūt dicim⁹ ad cui⁹ esse sequit aliud. Et est quadruplex scz materialis: formalis: finalis: ꝛ efficiens. Disci. Quę materialis causa est materialis? Mag. Ex qua cū forma totū constituitur. Quod ꝛ effectus causę materialis ō: vt ex ferro cū forma debita fit cultellus. Et ab his sumit argumentū negatiue tm̄. vt ferrum nō est: igitur arma ferrea nō sunt. Et rursus ab effectu ad causam materialem fit argumētū affirmatiue. vt arma ferrea sūt. igit ferrum est. Posita em̄ materia nō est necesse materiatū esse: sz ecōtrario. Quod quidē itelligēdū ē de materia pmanēte. Nā in materia trāseunte ita arguēdū ē. Vitrū est igit: arena/aut cinis fuerūt. Panis est: igit farina ꝛ aqua fuerūt ꝛc. Dis. Causa formalis q̄ est?

Materialis

Formalis

Mag. Quę dat esse rei (scz effectui) vt albedo dat esse albo. Et in his arguēdū est negatiue: vt albedo nō ē: igit albū nō est. Anīa nō est: igitur aiatū nō est. Ab effectu vero ad cām formalē argumēntandū ē affirmatiue. vt aiatū ē: igit aia est. albū ē: igit albedo est. Nā posita forma nō ponit necessario formatū. vt patet de formis essentialib⁹ in aiab⁹ exutis corpe: in accidētalib⁹ in albedine circa altaris sacramētū. Dis. Causa finalis q̄ est? Mag. Brā cui⁹ aliquid fit/scz effectus. in his sumit argumentū affirmatiue ꝛ negatiue. vt beatitudo est bona: igitur virt⁹ est bona. Pęna non est bona: igit peccatū non est bonū. Cuius em̄ finis bonus/aut malus. ipsū quoq; bonū aut malū esse necesse est. Dis. Cā efficiens quę ē? Mag. A qua primo fit motus: vt domificator est cā efficiēs dom⁹. Et in his quoq; sumit argumentū affirmatiue ꝛ negatiue. vt domificator ē bon⁹: igit dom⁹ facta ab eo est bona. Et rursus: dom⁹ est bona: igit domificator est vel fuit bon⁹ ꝛc. Nam cu⁹

Finalis

Efficiens

ius causa efficiens bona/ipsũ quoq; bonũ est. Sed nõ sequit̃ domus ẽ/igit̃ domificator ẽ:aut ecõtrario. Qr in his oĩb; iã dictis cã ⁊ effect⁹ nõ sumũtur formaliter/sed fundamẽtaliter ⁊c̃. His relictis ad reliqua transeam⁹.

De locis a generatiõe et corruptiõe: ab vsibus et cõiter accidẽtibus. Ca.VIII. Dis.

t Ertio ordine sequit̃ locus a gñatiõe/⁊ corruptiõe:quarũ descriptiões in p̃dicamẽtoꝝ tractatu accepisse me memini: reliquũ est vt arguendi modũ in his patefacias. Mag. A gñatione ad generatũ ⁊ ecõtrario argumẽtũ sumit̃ affirmatiue et negatiue. vt generatio martyris est bona:igit̃ martyr est bonus et ecõuerso Et generatio antichristi ẽ mala:igit̃ antichrist⁹ ẽ mal⁹: et econuerso. Sed a corruptiõe ad corruptũ oppositu; sequit̃: vt corruptio antichristi est bona:igit̃ antichrist⁹ est mal⁹:⁊ ecõtrario. Corruptio virtutis ẽ mala:igit̃ virtus est bona. Cuius em̃ gñatio bona:ipsũ quoq; bonũ ẽ. Cui⁹ vero corruptio bona:ipsũ malũ ẽ. Et cui⁹ corruptio mala/ipsũ quoq; bonũ est. Hos locos sequit̃ q̃ ab vsu ẽ:post quẽ qui a cõiter accidẽtib; sumit̃. Dis. Usus q̃d ẽ? Mag. est operatio siue exercitiũ rei scz vsitatę. Et ab his sumit̃ argumẽtũ affirmatiue ⁊ negatiue. vt equitare ẽ bonũ:igitur equ⁹ est bonus:⁊ ecõtrario. Et similiter occidere est malum:igit̃ occisor est malus:⁊ ecõtrario. Cui⁹ vsus em̃ bon⁹ aut malus/ipsũ quoq; bonũ:aut malũ est. Dis. Cõiter accidẽtia q̃ sunt? Mag. Duplicia sũt. Quędã em̃ cõsequũtur se ñ semp̃: vt cõptus ⁊ adulter. Nõ em̃ oĩs cõpt⁹ adulter ẽ:aut ecõuerso. Et de his nihil ad p̃sens. Alia sũt q̃ cõsequũtur se semp̃. vt pęnitere seq̃tur semp̃ ad peccare. Uñ taliter in his argumẽtandũ est affirmatiue:ille pęnitet:igit̃ deliquit. Et rursus:ille nõ deliq̃t:igit̃ nõ pęnitet. Nã i cõiter accidẽtib⁹:si posteri⁹ inest/p̃mũ infuit. Et si p̃us ñ iest/posteri⁹ nõ inerit. Hacten⁹ d̃ intrinsecꝫ. Cõsequẽs ẽ vt d̃ locꝫ extrinsecis d̃spiciam⁹.

A generatione.

A corruptione.

Usus

Cõmuniter accidentis

De locis extrinsecis. Capitulum.IX. Ma.

q St aũt locus extrinsecus multiplex. Quidã eĩ ẽ ab oppositis:q̃dã a disparatis:q̃dã a maiore:q̃dã a minore:q̃dam a simili:q̃dã a ꝓportione:q̃dã a transsũptiõe:q̃dã ab auctoritate. Rursus loc⁹ ab oppositis quadruplex ẽ. Nã ali⁹ ẽ a relatiue oppositis. Ali⁹ a ꝯrijs:alius a ꝯdictorijs:⁊ ali⁹ a priuatiue oppositis. In q̃b; argumẽtãdũ eo quo sequit̃ mõ. A relatiue o ꝓpositꝫ argumẽtũ valet affirmatiue ⁊ negatiue. vt pr̃ ẽ:g̃ fili⁹ ẽ. ⁊ ecõuerso. Relatiua em̃ sũt simul ortu ⁊ occasu. Et rursus:petr⁹ ẽ pr̃ ioãnis:igit̃ petr⁹ nõ est fili⁹ ei⁹. Et rursus:ioãnes ẽ fili⁹ petri:igit̃ ioãnes nõ ẽ pater petri. O ꝓposita nãq; relatiua eidẽ iesse nõ pñt. Sz argumentũ a cõtrarijs sumit̃ affirmatiue. vt homo animal ẽ sanũ igit̃ nõ est ęgrũ. hic hõ est albus:igit̃ nõ est niger ⁊c̃. Negatiue au-

Relatiua

Cõtraria

rem tm̃ tenet ī cõtrarijs mediatis. vt hoc aīal nõ est sanũ: igit hoc animal est egrũ. Sed nõ sequit: Hic homo nõ est albus: igitur est
Priuatiua niger: quia potest esse rube⁹. A priuatiue oppositis arguit affirmatiue: vt petrus est cecus: igitur petrus nõ est videns. Negatiue aũt nõ tenet: nisi tpe determinato a natura: vt nõ sequit: hic canis nõ est videns: igitur ẽ cecus: quia ante diẽ nonũ nõ vidit. Sed sequitur: hic canis post nonũ diez nõ est videns: igit hic canis ẽ cecus.
Contradictoria. Argumẽtũ vero a cõtradictorie oppositis est: vt sit vnũ sit verũ: reliquũ est falsum: ꝛ ecõuerso. vt petrũ sedere est verum: igitur petrũ non sedere est falsum ꝛc. Disci. Disparata q̃ sunt. Ma. Que
Disparata natura diuersa sunt: vt homo ꝛ asinus. Et in his sumitur argumẽtum affirmatiue: vt petrus est homo: igitur petrus nõ est asinus. Oporteret aũt hoc fieri in accidentalibꝫ ꝛ abstractis. vt sequit: boc est albedo: igitur hoc nõ est quãtitas. Sed nõ sequit. boc est albũ: igitur nõ est quantũ. Dis.. Quid est maius? Ma. Quod alicui supponit ī potentia ꝛ virtute. Id ãt qõ supponitur/ minus dicitur. Et ab his sumitur argumẽtũ modo oppositio. Nam a maiore tenet argumẽtum negatiue. A minore vero tenet semp affirmatiue. Exempla sũt hec. Rex nõ potest expugnare boc castrũ: igitur nec miles. Et rursus. Miles potest expugnare boc castrũ: igit rex potest. Nam si id qõ magis videtur inesse nõ inerit: nec id qõ min⁹ videtur inesse inerit. Et si id qõ minus videt inesse inest: igit id qõ magis videtur inesse inerit. Dis. Similitudo quid ẽ? Mag.
Similitudo Est rerum differentiũ eadem qualitas. Et ab hac sumit argumẽtum affirmatiue ꝛ negatiue: vt sicut risibile inest boi: ita hinnibile equo: sed risibile inest homi vt ꝓpriuuz. igit hinnibile inest equo vt ꝓpriũ: ꝛ rursus risibile nõ inest homi vt gen⁹: igitur hinnibile nõ inest equo vt genus. Quia de silibus idem est iudiciũ. Dis.
ꝓportio ꝓportio quid ẽ? Ma. Est rerũ differentiũ eadem habitudo. nõ autẽ inherentie: sicut silitudo. Et ab hac taliter arguit. Sicut se habet rector nauis ad nauem: ita rector ecclesie ad ecclesiã. sed rector nauis nõ est eligendus sorte/ sed arte: igit nec rector ecclesie eligendus est sorte/ sed arte. Quia de ꝓportionabilibus idem ẽ iu-
Tramsumptio. diciũ. Dis. Transumptio quid ẽ? Mag. Est acceptio nominis magis noti ꝓ noie min⁹ noto: vt sapiẽs accipit ꝓ philosopho. Et tenet argumentũ: q̃ quicquid dr de aliquo sub nomie minus noto: dicit de eodẽ sub noie magis noto. vt philosophus non est auarus: igitur sapiẽs nõ est auarus: ꝛ ecõtrario ꝛc. Transumptio autem est/ qua nomẽ vel oratio transumitur ad significandũ aliõ ꝓpter aliquod simile: vt ridere florere ꝛc. pertinet ad sophistã.
Auctoritas Di. Quid est auctoritas? Magi. Est iudiciuz sapiẽtis in sua sciẽtia. Et ab ea sumit argumẽtũ tm affirmatiue: vt astronom⁹ dicit celũ moueri: igit mouet. Qz vnicuiqz exprto in sua scia credẽdũ est. Et tantũ de locis extrinsecis. Restat vt videam⁹ de medijs.

De Syllogismo dialectico

De locis mediis. Ca. X. Mag.

Locus medius trifarie patitur. Est em alius a coniugatis/ alius a casib: ꝛ alius a diuisione. Dis. Coiugata q̄ sūt? Mag. Abstractū cum suo cōcreto. Et in his hoc modo arguitur. Justicia est bona: igit iustū est bonū: ꝛ econuerso. Nā q̄c/ quid cōuenit vni cōiugatoꝝ/ hoc conuenit ꝛ reliquo. Dis. Casus qui sūt? Mag. Ea q̄ ab abstracto cadunt: vt iustum ꝛ iuste a iustitia. Et in his ita arguitur. Justum est bonū: igit q̄ iuste fit bene fit. Dis. Diuisio quotupler est? Mag. dupler. Quedā em fit p negationē. vt petrus est hō/ aut nō hō. Quedam fit sine negatione. Et hec rursus dupler est. s. essentialis siue p se: ꝛ accidentalis. Essentialis siue p se est aut gnris in species. vt animaliū aliō equus: aliud homo. Aut totius est integralis in suas ptes. vt partium dom⁹ alia est paries: alia tectū ꝛc.. Aut est vocis in significata. vt canū alius est latrabilis: alius marinus: alius cęlestis. Sed diuisio accidētalis fit: aut cū subiectū in accidentia partit. vt aialium aliud sanum: aliud ęgrū. ꝛ ecōuerso: cū accidens in subiecta diuiditur. vt sanoꝝ aliud homo/ aliud asin⁹. Aut cū accidēs i accidentia scindit. vt sanoꝝ aliud calidū/ aliud frigidū ꝛc. Ab his oīb⁹ sumit argumētū a positione vni⁹ mēbroꝝ diuidētiū ad remotionē alterius. ꝛ econuerso. vt iohānes est animal: ꝛ nō est animal sanū: igitur est animal ęgrū. et petrus est animal: ꝛ est animal rationale: igitur nō est animal irrationale. Hęc de locis dialecticis dissertasse satis sit. In quib⁹ tamē si abundare volueris/ quadruplici instrumēto vtendū est. De quib⁹/ fortasse nō erit inutile iā in calce huius tractatus pauca in mediū ferre.

Coiugata

Casus

Diuisio

Essentialis

Accidentalr.

De instrumentis abundandi. Ca. XI. Dis.

Quę igitur sūt abūdandi instrumēta? Mag. Sūt ꝓpositionū sumptio. Multiplicis distinctio: Differentiarū inuentio: ꝛ similitudinis cōsideratio. Uñ oportet sumere varias ꝓpositiones: scz ꝓbabiles/ morales/ logicas/ physicas ꝛc. Oportet etiā distinguere multiplex: vt ostendam⁹ ꝓpositū ꝛ nō paralogisemur. vt acutū est multiplex: q̄ in voce/ cultro ꝛ magnitudine. Et ex eo rursus multiplicant ꝓpositiones. Oportet insup eoꝝ q̄ ꝓposita sunt inuenire ꝛ cōsiderare differentias. p hoc em ꝓpositiones multiplicabimus: ꝛ definitiones facilius ꝛstituem⁹. Demū si litudinem eoꝝ q̄ dicta sūt ꝛsiderabimus. Nā ꝛ p hoc ꝓpositiones plurificare possumus. Omnia em dicta ad multiplicationē ꝓpositionū tēdūt. In quib⁹ si⁹ ꝛ in dictis locis/ si intellectum exercitaueris: potes nō modo opponēti obuiare: verūetiā quācūq; cōclusionē probabiliter syllogisare. Aut saltem (q̄ satis est logico) de requisitis nihil omittere. Uñ ꝛ medicū bonū dicimus si de requisitis circa ęgrum nō negligit: etiā si nō semp sanet.

Abundandi instrumenta.

Tractatus VI. de syllogismo demonstratiuo. De demõstratiõis definitiõe. Ca. I. Bis.

X probabilibꝫ ita clare iamiã argumẽtandi modũ accepi: vt de hoc plura verba fundere (quoniã in principijs scientiaꝝ laboramus) nõ sit necesse. Sed q̃ ingenio ex ꝓpositionibus p se ⁊ necessarijs syllogisandũ sit conse quẽter ostendas. Mag. Sicut ex ꝓbabilibus ⁊ contingentibꝫ syllogismũ dialecticũ/ita ex p se ⁊ necessarijs demonstratiuum efficies. Potius tñ in prima figura q̃ in alia: eo q̃ ceteris sit perfectior: ⁊ quoniã cõcludit vniuersaliter affirmatiue: qõ in alijs non contingit. Syllogismꝰ demonstratiuus Uñ syllogismus demõstratiuus siue Demonstratio ẽ q̃ procedit ex primis/veris/immediatis/prioribꝫ/notioribus causisq; conclusionis. Dicunt aũt prima vera: q̃ p seipsa ⁊ non per alia fidẽ habẽt. Uel q̃ cũ sint vera/ñ cõtingit ea demõstrare. Sed ĩmediata: sunt ꝓpositiones p se note: quibꝰ nõ est alia ꝓpor siue notior: sed cognitis terminis cognoscũtur. vt quodlibet est vel nõ ẽ. Innata eĩ est nobis potẽtia p quã determinamur ad assentiendũ primis principijs debite ꝓsentatis. Et sunt duplicia. Quedam eĩ sunt dignitates: q̃ scz nõ possunt demonstrari: ⁊ necesse est quemlibet docendũ eas habere. vt quodlibet est/vel nõ est. Alię sũt positiones siue suppositiões q̃ nõ demõstrantur: nõ tñ necesse est quẽlibet docendũ eas habere. vt oñe animal rationale est risibile. Definitio autem cum nec significet esse nec non esse/positio non est. Dignitas Positio: siue suppositio Prioza Dis. Prioribus/cur addis? Ma. Quia oportet demonstrationis p̃missas esse ꝓpositiones primas: aut in primas resolubiles p ascensuz: ⁊ in ascensu tali nõ cõtingit in infinitũ ꝓcedere: licet per plura finita. finita aũt finities sumpta semp sunt finita. Uerũtamẽ primũ principiũ in propria forma nõ ingredit demõstrationem: scz vt ꝓtractum est. Dis. Quid p residua definitiõis particulas designare pretendis? Magi. Alias p̃missarum conditiones. Cuz eĩ solius conclusionis sit scientia/doctrina siue disciplina: omnis autem talis ex p̃existẽti fit cognitiõe: oportet p̃missas ante conclusionẽ esse cognitas. nõ tñe odẽ mõ: maior eĩ priꝰ tpe cognoscit cõclusione: minor autẽ simul tempore cũ cõclusione cognoscitur. Conclusio autem/⁊ si possit sciri in vniuersali ante demõstrationem: nõ tamẽ in particulari. pre misse Precognoscuntur. Dis. Unde autem sciuntur p̃misse? Ma. Ex cognitiõe suarũ partium: q̃ sũt passio ⁊ subiectum: de quibus ante omnem demõstrationẽ necessario p̃cognoscimus q̃d est: ⁊ quia est. quid scilicet significẽt: ⁊ quia est/scilicet eos possibile in natura: ⁊ quia passio ineſt subiecto: sed ꝓpter quid hec sit/per demõstrationẽ concluditur. Cõclusioni igitur ꝓpter p̃missas assentimꝰ: igitur p̃missis magis credimꝰ. Nã ꝓpter quod vnum quodq; Precognitio quid est: et quia est

tale/ ⁊ ipsũ magis. ⁊ fit talis cognitio ĩ nobis ꝑ viã sensus/memo
rię ⁊ exꝑimẽti. Exꝑimẽto aũt fit vl'e: qđ est prĩcipium artis ⁊ scię.
Aristotel. j. metaphysice Sciẽtia em̃ est vl'iũ: ĩtellect⁹ vero est primoꝝ prĩcipioꝝ. Patet ex
his: si nobis alicui⁹ sensibilis sensus defecerit eiusdẽ ⁊ deficere sci
entiã necesse ẽ. vt cęcus a natiuitate coloris oĩno nullã habz noti
ciam: sed potius ignorãtiã purę negatiõis. Qui aũt decęptus fue
rit syllogismo ignorãtię: ⁊ si sciaz nõ acq̃rat: nõ tñ ignorãs ẽ igno
rãtia purę negatiõis/sed prauę dispositiõis. vt si q̃s credat his ꝓ
missis. Oĩs sba ẽ q̃litas: oĩs q̃ꝫtitas ẽ substãtia: igr oĩs q̃ꝫtitas ẽ q̃
litas/prauę disposit⁹ cẽset. Dis. q̃ꝫ pregnãs est hęc demõstratiõis
definitio. Mag. Pregnãs est ⁊ multa cõprehẽdẽs.

Ignorantia pure negationis.

Ignorantia praue dispositionis.

Quid scire. Quid propositio vniuersalis de omni ꝑ se ⁊ scđm qđ ipsum. Ca. II. Mag.

a Ziam demõstrationis ĩuenies definitionẽ: verbis quidem
breuiorẽ/sensu tñ nõ minus ꝓgnãtẽ. Dis. Quã? Ma.
Aristoteles j. posteriorũ. Demõstratio est syllogism⁹ faciẽs scire. Scire aũt ꝑ demõ
strationẽ ĩtelligere ẽ. Vel scire est rẽper causam cognoscere pro
pter quaz res est: ⁊ quoniã illi⁹ est cã: ⁊ non est ꝯtingere hoc aliter
se habere. Ex istac et ꝓcedenti definitiõibus clare patet/ ꝯclusiõez
quã ꝯtingit scire ⁊ demõstrare esse verã/ꝑpetuã/ꝑ se ⁊ vl'em. Ve
ram q̃dẽ dico: nã falsũ ⁊ quod nõ est/nõ ꝯtingit scire. Perpetuam
aũt dico: qm̃ corruptibiliũ nõ est scia: iõ nec definitio. qꝛ definitio
est demõstratiõis ꝑncipiũ: aut tota demõstratio/tm̃ positiõe diffe
rẽs. Per se dico: qm̃ ea q̃ ꝑ accidẽs sũt/ corruptibilia sũt ⁊ nõ ꝑpe
tua/nec necessaria. licet em̃ necessariũ ex nõ necessarũs possit syllo
gisari: nõ tñ põt sciri nisi ex necessarijs. Sil'r ea q̃ nõ sũt vl'ia/ꝑpe
tua nõ sũt. Vl'em aũt ꝓpositionẽ hic dicim⁹: nõ vt in tractatu ter
tio definita ẽ: sed eã ipsam q̃ est de om̃i/de per se/⁊ scđm qđ ipsuz.

Demonstratio

Scire

ꝓpositio vniuersalis

Dis. Quę aũt ꝓpositio dicitur de om̃i? Mag. Illa in qua prę
dicatũ est nõ in quodã supposito subiecti/ĩ quodã vero nõ: nec ali
quãdo/aliqñ vero nõ: sed ĩ om̃i ꝑ se ⁊ semꝑ. vt om̃is homo est risi
bilis. Dis. Propositionẽ per se quã dicis? Ma. Eã quę ẽ ĩ ali
quo mõ dicendi ꝑ se. Sũt aũt huiuscemodi q̃ttuor. Prim⁹ ẽ: cũ ꝓ
dicatũ ẽ definitio vel pars definitiõis subiecti. vt oĩs homo ẽ aĩal
rationale. Secũdus ẽ: cũ subiectũ est definitio: vel pars definitio
nis ꝓdicati: vt hõ est risibilis. Tertius est eoꝝ q̃ nõ sũt in subiecto.
vt dicibilia de gñe substãtię. Quart⁹ est modus causandi: vt cum
aliquod fit ꝓpter alterũ: tunc id propter qđ aliud fit/est causa per
se effect⁹ causati. vt interiectio est causa per se interit⁹. De primis
duobus est ad ꝓpositũ: nã in his sunt ꝓpositiones ꝑ se necessarię et
vniuersales. Et ne ĩ harũ assignatione te errare cõtigat: cauere ne
cesse ẽ: ne passio suꝑioris inferiori assignetur. etiaz si tale superius
vnicum habuerit inferius. Similiter ne passio cõis/spẽ distictis ꝑ

ꝓpositio de omni.

ꝓpositio per se

Modi perseitatis

Errores in assignatione vniuersalis

aliquod innominatū cōueniens/vni vt ꝓpio attribuatur. vt proportionabiliter cōmutari cōuenit lineę/tpi ⁊ numero: male igitur assignatur vni ex his tanq̄ ꝓpio subiecto. Aduertendus est demū ne passio partis assignetur toti. vt nō cōcurrere est passio lineaꝝ parallelarū: ideo male attribuit toti vel omni lineę. Ad cognoscēdum autē qō sit passionis primū ⁊ adequatum subiectus: videndum est quo posito/ponatur: ⁊ quo remoto/passio remoueatur. Id enim verū subiectum talis passionis censetur. Dis. Quę autem ꝓpositiones dicuntur scōm qō ipsum? Mag. Istę q̄ conuertuntur. Ex quo patet: ꝙ demonstratio ꝓcedit ex principijs ꝓpꝫ/⁊ nō cōibus: quia talia nō conuertuntur. Sequit rursus: ꝙ demonstrator nō pōt descēdere de genere in genus: hoc est: vna scientia nihil demonstrat de subiecto alterius scientię. Dempta scientia subalternāte: q̄ potest demōstrare aliq̄d de subiecto subalternatę: nō tn demōstratione ꝓpter quid/sed quia est. Habet igit q̄libet scientia ꝓpria principia quę nō demonstrat: quia nō habet aliquid notius ipsis. habet insup ꝓprias interrogationes ⁊ conclusiones. qua ꝓpt disputans cū geometra/faciat hoc per principia geometrię: aut nō disputabit ꝓprie/sed p accidens: videlicet inq̄tū naturalis aut methaphysicus. Quāuis autē (vt visum est) scientia vna plura habeat principia: vnitatē tn accipit nō a principijs/sed a subiecto: ad qō habent hęc principia resolui. Subiectū em̄ virtualiter continet oēs veritates scientię cuius subiectum est.

ꝓpositiones scōm q̄d ipm

De diuisiōe demōstratiōis. Ca. III. Dis.

reliquit. Latericia quidē: ne igne/lapidea vero ne aq̄ piret. Adam nāq; mūdū igne ⁊ aqua piturū p̄dixerat. Pythagoras ꝟo phs sonorū ꝓportiones exp̄imēto didicit. nā cū diuti⁹ animo estuaret quanā rōne firmiter cōsonantiarū momēta pdisceret: demū nutu fatali fabrorū officinas p̄teriens: ex varijs malleorū sonis vnā ꝯcinentium animaduertit. accedit ꝓpius: malleorū pōdus examinat: ⁊ cū quinq; essent mallei primū ad quartū duplū repit pondere: q̄ diapason cōsonantiā resonabat. eū ipsū vero ad secūdū sesquitertiuz īuenit: ad quē diatessaron tonabat. Rursusq; idē ipse ad tertiū cū esset sesquialter/diapēte cōsonabat. secūdū vero ⁊ tertiū/sesq̄octauam retinere ꝓportionē ⁊ tonū repit sonantes. Quintū vero q̄ cūctis dissonabat reiecit. Hoc clari⁹ patet in monochordo. vt sic A graue prim⁹ malleus. D graue secūd⁹. E graue tertius. ⁊ a acuta quartus. Attn̄ Petr⁹ Cōmestor in historia scholastica id a p̄dicto Tubale factitatū/⁊ a grecis Pythagore fabulose attributū autumat. habuit em̄ Tubal fratrē q̄ artē ferrariā inuenit: q̄ fabricāte Tubal ex malelorū ꝓportione dicto mō cōsonātias reperit. Sz cū hoc pauci videat̄ esse momēti relinquendū esse censeo. Dis. Probe facis cū has disceptatiōes ad ꝓpositū parū aut nihil faciētes nō resoluis. Sed q̄d dicis de Boetio? quē frequētius in testē euocas Magi. Is musicā e greco in latinū trāstulit: ampliauit: atq; harmonicas ꝓportiones in numeris acuratissime demōstrauit.

Pythagoras

Petrus commestor.

Boetius.

De diuisione musice in Mūdanā Humanā et Instrumētalem. Capitulum. V. Ma.

Musica aūt vt idem ipse tradidit Boetius triplex esse dinoscit: scz mūdana/humana ⁊ instrumētalis. Dis. Mūdana q̄ est? Mag. q̄ de harmonia totius ⁊ partiū mūdi sup celestis ⁊ elemētaris ꝯsiderat. Nō em̄ sine maxima ꝓportiōe ⁊ harmōia orbes celestes adiuicē locati sūt: od id ⁊ dulcissimā motu suo ꝯcinētiā faciūt. Sic ⁊ elemēta suis ī locis ꝓportionata/nec sine ꝓportōe harmonica ad cōpositionē mixtoꝝ ꝯcurrūt. Sic ⁊ āni tpa: cunctęq; res creatę debitę cōcinūt. De⁹ em̄ gloriosus oīa ī numero pondere ⁊ mēsura creauit. Di. Humana q̄ est? Magi. Quę de ꝓportionib⁹ corpis ⁊ anīę: ⁊ harū inter se partiū cōsiderat. ob id anima ipsū corpus ⁊ cūctę se ptes diligūt: ac res cęteras cū ipsis in harmonia magis cōueniētes eligūt. Quod si ꝓfundius rimatum fuerit: cum his q̄ de latitudinibus formaꝝ/insup de vniformitate ⁊ difformitate qualitatū tradunt̄: difficillimarū in reb⁹ naturalib⁹ q̄stionū solōnē in ꝓmpto dabit. Est em̄ phīę ps secretissima: cuius delucidationem in aliud tp̄s seruabim⁹. Redeam⁹ nūc ad residuam musicę ptē. Dis. Quā? Mag. Ad musicā instrumētalē/ quę supiorib⁹ definita est. Hęc rursus in Rithmicā: metricā: ⁊ harmonicam diuidit̄. Harū p̄ma intentionē verboꝝ: ⁊ an ne son⁹ ꝟbis/

Musica mūdana.

Boetius.

Humana

Srp̄. ix

Instrumentalis.

Rithmica

syllabis bene aut male cohęreat inqrit. Metrica aūt diuersoꝝ ge- Metrica
nerū metrorū mēsurā rōne subtili ac ꝓbabili iuestigat. De his dua
Augustinus lib. musice. bus. s. Aug⁹ i musica sua satis lucide ꝑ sex libros disseruit. Har- Harmonica.
monicā veto in prioribꝰ definitā Boeti⁹ vir doctissim⁹ in latinum
Boetius e gręco vertens in quinq; libris ꝓfunde ꝓsecutus ē. Cuius tibi ge
neralioꝛa i seq̄ntibꝰ tradā ꝑncipia. Et a sono tāq̄ omniū fundamē
to exordiar.

De sono ⁊ voce vocisq; diuisiōe. Ca. VI. Di.

Quid est son⁹? Mag. Est ꝑcussio aeris idissoluta vsq; ad Sonus
q auditū. Et hęc descriptio om̄i sono cōuenit. Aliť aūt defini
tur sonus cum d̄r: sonus est vocis casus. εμ μελῆσ (id
est apt⁹ melo) in vnā intentionē. Et hic son⁹ magis spāl'r describiť
is scz quē gręci φθογγοσ vocāt: nos ꝟo sonū voci cōuenientē dice
re possum⁹. Sūt aūt duplices voces. Unisonę scz ⁊ nō vnisone.
Dis. Unisonę q̄ sūt? Ma. Quaꝝ vn⁹ ē son⁹ vl'in graui vl'i acu Unisone vocis.
to: ⁊ de his nihil ad p̄sens. Dis. Nō vnisonę q̄ sunt? Ma. Qua Nō vnisone.
rū nō est vn⁹ son⁹: sed alia grauioꝛ/alia vero est acutioꝛ. Et hę rur
sus sūt duplices. Quędā em̄ sūt ꝯtinuę. Quędā ꝟo discretę. Di.
Continuę q̄ sūt? Ma. Quaꝝ differētia cōi fine iungiť: nec hn̄t Continue
loca discreta q̄ tenēāt. quēadmodū coloꝛes in iride. Fit aūt hoc/cū
in fine voces attenuanť. Et hę quoq; a musica abijciunť: eo ꝙ si
bijpsis dissil'es: nec vnū aliqd̄ ꝑsonāt. Di. Discretę q̄ sūt? Ma.
Quarū differētia videť suo quodā loco cōstituta: interuallisq; di Discrete
stincta. Et hę rursus repiū ť duplices: Cōsonę scz ⁊ Dissonę. Dis.
Consonę q̄ sūt? Ma. Quę copulatę mixtos suauesq; sonos effi- Consone
Interuallum Sonus grauis ⁊ acutus ciūt. q̄ vero nō/dissonę sūt. Interuallū aūt/est soni acuti grauisq; Dissone
distātia. Di. Duplex igiť son⁹ ē: grauis. s. ⁊ acut⁹. Ma. Probe
infers. Et ex hoꝝ ꝑmixtiōe cōsonantia aut dissonātia gn̄atur.

De consonantie dissonantieq; definitionibus. Capitulum. VII Mag.

Consonantia vero/est dissimiliū inter se vocum aut sonoꝝ Consonātia.
c in vnū redacta ꝓportio vel cōcoꝛdia: vel est soni acuti gra
uisq; mixtura/suauiť vniformiterq; aurib⁹ accidēs. Disso Dissonantia
nantia aūt ē sonorū acuti grauisq; mixtoꝛū ad aurē veniens aspa
atq; i iocūda ꝑcussio. Di. Unde cātur soni grauitas vl'acuties?
Ma. Audisti. qꝛ son⁹ ē aerꝫ ꝑcussio. ꝑcussio nō ē sine motu. motū Grauitas ⁊ acuties soni vnde fiat.
ꝟo alij velocioꝛes: alij tardioꝛes sť. Et rurs⁹ q̄dā eoꝝ rarioꝛes. q̄dā
ꝟo spissioꝛes. Et si mot⁹ tard⁹ rarioꝛq; fuerit/graues sonos effici
necesse ē. Mot⁹ vero celeres ac spissi acutos sonos cānt. Hīc ē ꝙ
idē neru⁹ si ampli⁹ intēdiť acutū sonat: si remittiť graue. Quāto ei
magꝫ tēs⁹ fuerit pulsū velocioꝛē reddit celeriusq; reuertiť: ⁊ freq̄n
ti⁹ ac spissi⁹ aerē ferit. Quāto ꝟo laxioꝛ ꝛmissioꝛq; fuerit/tāto puls⁹

Unitas son⁹ efficit rariores imbecillitate feriendi: nec diutius tremit. Dis. Capio hęc: sed intelligere vellem: cum chorda pellit: idem ne son⁹ sit qui causatur? Magi. Non est idē: sed totiens nou⁹ sonus generatur quotiens tremebunda chorda ferit aera. vn⁹ tñ iudicat propter motus celeritatē. veluti baculus in extremitate ignitus/si velocus circūducitur/rubeum circulū describere videtur.

De consonantiaꝝ numero. Ca. VIII. Dis.

b Ec auido a te accępi aīo: qm̄ simul ⁊ iocunda ⁊ naturalib⁹ rōnib⁹ plena sūt. Sed dic q̄so: si q̄ cōsonantię sint partes.

Consonātie perfecte Mag. Consonantię simplices ⁊ pfectę tres sūt sc;. Diapason. Diapente Diatesseron. Ex his alię miscēt. vtputa Diapente cum diapason/bis diapason. Sic diapente ⁊ diatesseron vnum cōstituunt diapason. Et oēs qm̄ ꝯsonātię sunt: in ꝯcordia quadaꝫ siue sonorū ꝓportione ꝯsistāt necesse est. Dis. Hoc ex definitione cōsonātię p̄ us data claret. Sed in qua q̄q̄ cōsonātiarū ꝯsistat ꝓportione nōdum intelligo. Mag. Diapason in dupla ꝯsistit ꝓportione. vt. 1. et. 2. diapente in sesquialtera est. vt. 2. 3. diatesseron in sesq̄tertia ꝑmanet vt. 3. ⁊. 4. diapason cū diapēte ī tripla. vt. 2. 4 6. int̄ duo eī ⁊ sex ꝓportio tripla ē aggregata ex dupla. s. 2. ⁊. 4. et sesq̄altera. s. 4. ⁊. 6. sed bis diapason repitur in q̄drupla. vt. 2. 4. 8. diatesserō aūt cū diapente vnū integrāt diapason. vt. 2. 3. 4

Cur in exemplis musicis vtimur numeris ⁊ numeroꝝ ad sonos applicatio Ca. IX. Di.

q Uam ob causam (cum iamiam nostra in musicis disputatio versetur) tu in numeris adducis exēpla? Mag. Quoniam omnis pluralitas in numerositate quadā est: consonantię autē in pluralitate sūt. qđ ex eo claret. Nam oīs consonantia in ꝓportione est: ꝓportio vero (vt in arithmeticis dixim⁹) duaꝝ adinuicem habitudo est q̄ntitatū. Duo autē plura sūt. consonantię igitur ī pluralitate: quare ⁊ in numerositate cōsistūt. Dis. Possunt ne hi numeri ad sonos aliquo saltē ingenio applicari? Ma. Possūt. ⁊ (vt arbitror) tali quo Tubal siue Pythagoras cōsonātias inuenit in quattuor malleis. Sint itaq̄ in proposito hi malleis certis signati ponderibus. ita vt primus duodecim contineat vncias. secundus nouem/tertius octo/ quartus sex. ⁊ experiētia patebit malleum quartum ad primū diapason sonare: quia ad eū duplus est. Et rursus malleus primus ad malleum secundū. Similiter malleus tertius ad malleū quartū diatesseron resonabit: quia vtrinq̄ est ꝓportio sesquitertia. vnde ⁊ epitritus đr: qr sup totum tertiā ꝯtinet ꝑtē eiusdē. Malleus vero secund⁹ ad quartum: ⁊ itē malle⁹ prim⁹ ad malleū tertium diapente tonabit: qr vtrinq̄ ꝓportio sesquialtera: ⁊ emioli possidet rationē. cōtinet eī totū ⁊ īsu

Applicatio numeroruꝫ ad malleos

per ei⁹ medietatē. Malle⁹ ꝟo secūdus ad malleū tertiū/tonum in sesquioctaua resonabit ꝓportiōe. hic tñ cōsonātia nō est/sed cosonātiaꝝ pars. Ex his clare patet ⁊ rerū ⁊ nūeroꝝ ꝓportiōes sonoꝝ ꝓportiōes generare. qđ ergo in vno demonstrat̄/i alio sil'r posse repiri certū est. Dis. Hęc (vt arbitror) haud clari⁹ possent demonstrari. Mag. Ueꝝ: attamē pluribꝫ alijs expimētis cōtingit prędicta repiri: vt in calamoꝝ latitudine ⁊ longitudine vitroꝝ/ollarū/aliarūqꝫ rerū ꝓportiōe. sic ⁊ in monochordi diuisiōe. vt in seq̄ntibus patebit.

De cosonātiaꝝ ordine ⁊ pfectiōe: Ca. X. Mag.

Est aūt inter cōsonātias idē ordo q̄ in ꝓportiōibꝫ cōsonātijs appropriatis. Sicut em̄ in genere multiplici (nā i illo solo musicę cōsonātię sūt inq̄rēdę) p̄ma simplicissima/maxima/et ęq̄lissima/et ad vtendū facillima ē ꝓportio dupla: Sic ⁊ diapason oīm ꝯsonātiaꝝ est iocūdissima/pfectissima ⁊ iudicio auris facillima: nobis insita naturaliter ab eo q̄ nos creauit. inq̄t beatus Aug. de trini. li. iiij. c. ij. vt nec impiti possint eā nō sentire: siue ipi cantātes siue alios audiētes. p hāc quippe voces acutiores grauioresqꝫ: cōcordāt: ita vt quisq̄s ab ea dissonuerit/nō sciētiam (cui⁹ exptes sūt pl'imi) sed ipsum sensum audit⁹ nr̄i vehemēter offendat: vt facile videre est in regulari monochordo. Dehinc ꝓportio sesquialtera vltra eorū medietatē cōsiderās/in pfectiōe sequit̄. Ita ⁊ diapente inter cōsonātias post diapason locat̄: ⁊ auris iudicio cōsonātię diatesseron p̄ponit̄. Sic diapēte cū diapason: q̄ cum i triplici sit ꝓportiōe: inter diapēte ⁊ diatesserō locat̄: itaqꝫ diatesseron vltio loco ponit̄. Sicut em̄ rei tertiā ptē accipe magꝫ difficile videt̄ q̄ duplā aut dimidiā designare: sic ⁊ hęc ꝯsonātia in sesquitertia existēs ꝓportiōe/iudicio auris nō est multū grata: accipit̄ tñ libenter: qm̄ addito toto fit diapente. et si rursus rursus diapente adiungit̄/diapason oīm gratissimā efficit symphoniā.

Augustinus

De diuisiōe toni ī semitonia: Ca. XI. Dis.

Ex supioribꝫ liquet (si sane intelligo) oēm cōsonātiam ex sonis sea vocibꝫ diuersis/ interuallisqꝫ distinctis ac ad se ꝓportionatis aggregatam esse. Mag. Sane intelligis. Dis. Ex q̄t igit̄ q̄busue singulę cōsonantię vocibꝫ et interuallis ꝯsistāt subiūgito. Mag. Faciā: attamē cū ea res toni diuisionē p̄req̄rat: de ea prius disserēdū censeo. Dis. Quō diuidit̄ tonus? Mag. In duo semitonia. Dis. Hoc facillimū iudico. nā p semitoniū toni mediū intelligo: sed q̄d facili⁹ q̄ꝫ rei medietatē accipere? Mag. Deficis in vi noīs. nō em̄ dicit̄ semitoniū a semi qđ est dimidiū: q̄si toni dimidiū: sed a semi id est impfectū: q̄si tonus nō integer siue impfectus/quēadmodū hemiuocalē nō quasi dimidiū vocalis habentē: sed quasi impfectū vocalē. Unde ton⁹ di

Semitoniuꝫ

Semitoniuz maius ⁊ minus. uiditur in semitonia duo inequalia: Maius. s. ⁊ Minus. Maiꝰ quidē plus q̄ꝫ toni dimidiū cōtinet. Minꝰ ꝟo nō totā toni medietatē complectit. Excessus autē maioris supra minus/coma nuncupat. Dis. Cur autē tonus nō in duo equalia partit? Mag. Quoniā hoc fieri est impossibile. Dis. Si potes hanc impossibilitatē demonstra. Mag. Audisti tonū in sesquioctaua ꝓportiōe consistere: que sit gr̄a exēpli. 9. et. 8. horū nullus naturalr̄ numerꝰ medius est: eos igit binario multiplicemꝰ: fiuntq̄ꝫ bis octo. 16. et bis nouē. 18. Inter sedecī aūt ⁊ decēocto vnꝰ mediat numerꝰ. s. 17 qui oēs disponant in ordine tali. 16. 17. 18. Sedecī igit ad. 18. collati sesquioctauā retinēt ꝓportionē: atq̄ꝫ idcirco tonū. Sed hāc ꝓportionē numerꝰ mediꝰ. s. 17. nō in equalia partit. Cōparatꝰ enim ad. 16. habet eū totū ⁊ eiꝰ sextādecimā partē. s. vnitatē. Si ꝟo. 18. ad numerū mediū. s. 17. cōparent/habēt ip̄m totū: ⁊ insup eiꝰ. 17. partē. s. vnitatē. Patet igit q̄ numerꝰ iste quē mediū dicimꝰ/non equalibꝫ partibꝫ minorē superat ⁊ a maiore supat. Est em̄ ps. 17. minor. 16. ꝟo maior. et he sunt partes toni/quas semitonia dicimus: quoꝝ vnū maius/aliud ꝟo minꝰ dicto modo reperit. Rursum inter. 27. et. 24. ꝓportio est sesquioctaua/igit ⁊ tonus. 3. em̄ est pars octaua. 24. q̄ eisdē adiecta facit. 27. Illa aūt nō ī partes equales sed ineq̄les diuidit. s. in. 14. et. 13. q̄ sunt semitonij/maius ⁊ minus.

Coma

De inuentiōe semitonij minoris: Ca. XII. Mag.

Quoniā ꝟo semitoniū minus iudicio auris facile nō deprehendit: quapropter quo medio accipiēdū demonstrādūq̄ꝫ sit ꝑ erq̄rēdū est. Sumat igit diatesseron. a. b. circa quā semitoniū minus ad grauiorē acutiorēq̄ꝫ partē taliter contingit sumere: intēdat diatesseron. b. c. remittat rursus diapente. c d. b d. tonus relinquit. Nā diatesseron a diapente tono superat. sic c b spaciū ab c d spacio/b d spacio trāscendit. Ampliꝰ intēdat diatesseron de et remittat diapēte e f. igit tonꝰ d f inuenit: sed d b tonus erat: igit semitoniū minꝰ est a f. qd̄ subtractis duobꝫ tonis/scz f d. ⁊ d b ab a b diatesseron relinquit. nā diatesseron vt infra patebit duobꝫ tonis ⁊ vno semitonio minori constabit. Rursus remittat diatesseron a g. et ītēdat diapēte g h. ⁊ erit a h tonus: sz a f erat semitonium minꝰ: igit f h erit apotome. i. semitoniū maius. Ampliꝰ remittat diatesseron h k. intēdaturq̄ꝫ diapēte k l. et erit h l tonus. Sed b d tonus erat: igit l d apotome manebit. Et rursus intendat diatesseron f m. relinquit b m semitoniū. Remittaturq̄ꝫ diatesseron l n. iterū n a semitoniū separat. Sumpta sūt igitur duo semitonia minora circa a b. vtputa b m. ad acutam. an vero ad partem grauiorem: totūq̄ꝫ m n minus est q̄ꝫ diapente. Cōstat em̄ ex quinq̄ꝫ semitonijs ⁊ apotome geminata. hoc est ex duobus tonis et tribus

Apotome

Descriptio Inuentionis Semitonij minoris.



semitonijs minoribus. Et quoniã duo semitonia vnum tonũ implere nequeunt/sed relinquitur coma: totum igitur m n spaciũ minus est spacio diapente consonantię vno comate. vt affira manifestat descriptio: in qua tamẽ ꝓpter spacij paruitatem quantitas distantię seu differẽtię semitonij minoris a maiore vix deprehendit. Et facile quidẽ reperit coma in partẽ grauem ⁊ acuram. nam si a tono dato intendat semitoniũ maius: ⁊ remittat semitoniũ min⁹: quod diesis dicit/habet coma in parte acuta. Rursus a tono dato semitoniũ min⁹ intende ⁊ maius remitte: ⁊ habebis coma ĩ ptẽ grauiorẽ: cui⁹ dimidiũ schisma notat.

De consonãtiarũ partib⁹: Ca. XIII. Mag.

Remissa itaq; toni diuisiõe/ac semitonij et maioris et minoris inuentõe: petitioni tuę supra factę respondens/dico diatesseron vocum esse quattuor: intervallorũ triũ. Constat quoq; ex tonis duobus et vno semitonio minore. Diapẽte est quinq; vocum: intervallorũ quattuor: constat ex tonis tribus et semitonio minore. Diapason vero ex diatesseron ⁊ diapente integratur. Dis. Igitur voces nouem continet: quattuor: scilz a diatesseron: ⁊ quinq; a diapente. Mag. Non probe perfecteq; supputas: quoniã cum hę duę consonantię ad cõstitutionẽ diapason iunguntur/eadem vox erit suprema diatesseron/et infima diapente: aut econuerso. Itaq; diapason voces octo et intervalla septem habet et ex tonis quinq; et duobus semitonijs minorib⁹ integratur: ser quoq; tonos vno comate minus cõtinet. Dis. Dicta demonstratiõe firmes. Mag. Si primum demonstrauero: videlicet diatesseron ex duobus tonis et semitonio minore constare totum demonstratum erit. Nam diapente diatesseron tono superat: et diapason (vt dictum est) ex ambobus constat. Primum igitur demonstrabo in numeris. sit numerus primus. i 92. ad hunc sesquitertiam proportionem tenent. 256. et ad primum numerum/qui est. i 92. constituunt tonum. 216. ad 216. vero rursus. 243. tonũ obtinẽt. Sublatis igitur duob⁹ tonis a diatesseron/relinq; tur habitudo quę est inter. 243. et. 256. Sed hęc non est habitudo dimidij toni. s. quę est inter sesquisextãdecimã ⁊ sesquiseptimã decimã. Quod patet. sumo eñ ex. 243. decimãoctauã partez: ea fit. 13. et ½ banc si eisdem appoſuero fiunt. 256. et ½. Sed ꝓportio. 256. et. 243. minor est sesquidecimaoctaua habitudine. q; si dimidius tonus maior est in sesquisextadecima: minor vero in sesquidecimaseptima: sesquidecimaoctaua vero minor est sesquidecimaseptima. numerus autẽ. 256. ad numerum. 243. minor est sesquidecimaoctaua: igitur dimidiũ nonum non complet: ſz semitonũ minus ꝑficit: qd̃ est in ꝓportiõe a hęc aũt dupla scilicz tonum integrum nõ facit: videlicet addendo octauã partẽ iferio-

Diatesseron.
Diapente
Diapason

a
256
243

b
65536
59049

ris inferiori. subtracto autē semitonio minori a tono/relinquit a ꝓportio: in qua consistit semitoniū maius. a qua si semitoniū minus subtrahat ꝓportio b relinquit: qua. s. semitoniū minus et maius differūt: et coma dicit: eius q̄z medietas schisma appellatur. Subtrahere autē in ꝓportionibꝫ est diuidere: addere ꝟo multiplicare: ⁊ duplare in se mltiplicare: mediare autē radicē extrahere in minutijs vulgaribꝰ. Multiplicatio ꝟo et diuisio in ꝓportiōibus locū nō habēt: qꝛ ꝓportiones vnitatē nō recipiūt. qꝛ vltra duplā nō descēdit. Prędictę ꝟo demonstratiōes quasi oculis ꝯspici possunt in diuisione monochordi.

a 2187 2048 Coma. Schisma.

b 531441 524288

De monochordi definitione ⁊ nomine: Capitulum decimūquartū. Dis.

Monochordum.

Quid est monochordū? Mag. Est instrumētū musicum oblongū vnā habēs chordā ꝑ longū extēsam/ꝑm cōsonātiaꝝ ꝓportiōes in ꝑtes q̄ndecim: q̄ chordę siue voces dicūtur diuisum. Dis. Ergo q̄ndeachordū potius esset ab his q̄ndecim ꝑtibꝫ denoīandū. Mag. Hę partes non semꝑ sunt chordę realit: sꝫ sectiōes suꝑ q̄bꝫ si chorda in longū extēsa ꝑmit ⁊ mouet/ oīm dictarū sectionū voces siue sonos reddit. Huiꝰ aūt ⁊ si varię diuisiōes a diuersis recęptę sint: ex his tñ vnā dilucidasse sat erit.

De diuisione monochordi in genere diatonico: Capitulū quindecimū. Mag.

Diuisio monochordi

Oetius monochordi diuisionē in triplici genere/Diatonico. s. Cromatico ⁊ Enarmonico ꝑmixtim tradidit. Sꝫ quoniā omnis cantus noster in diatonico tm̄ genere versatur: in eo monochordū per omnia eius tetrachorda diuidamꝰ: hoc modo. Primo diuiditur totum spaciū. x. t. in duo ęqualia in puncto. o. quę erit mese: et. x. erit proslambonomenos. Secundo diuidatur. o. t. in duo ęqualia in. p. quę erit netehyperboleon: cuiꝰ scilꝫ netehyperboleon partem octauā accipe: hanc eidē adde: ⁊ fit paranetehyperboleon. Huius rursus octauā accipe partē: hanc eidē adde: et fit tritehyperboleon. Amplius accipe partē tertiā de netehyꝑboleon: quā eidē adde: et fit netedyezeugmenon: eritq̄z tetrachordū hyperboleon siue excellentiū partitū. Quo facto ad diuisionē tetrachordi dyezeugmenon. i. disiūctarū hoc pacto procedas: Primo accipe partem tertiā de netedyezeugmenon: hanc eidē adde: et fit paramese. Secūdo accipe partē octauā de netedyezeugmenō: ⁊ eidē adde: ⁊ fit paranetedyezeugmenō. Huiꝰ accipe ꝑtē octauā ⁊ hanc eidē adiungas: et fit tritedyezeugmenon: eritq̄z huius tetrachordi diuisio perfecta. Diuisionē ꝟo tetrachordi meson siue mediaꝝ hoc mō absumes. Prīo accipe tertiā ꝑtē de me-

se: hanc eidē adde: et fit hypatemeson. Secūdo accipe octauā de mese ⁊ eā eidē adde: ⁊ habebis lichanos meson. Hui⁹ accipe partē octauā: hāc eidē adde: et fit parhypatemeson: ⁊ cōpleta est hui⁹ tetrachordi partitio. Qm̄ ꝙo tetrachorda hypboleon ⁊ dyezeugmenon inter se ꝙiūcta sunt: tetrachordo aūt meson diſiuncta/ipa eidē ꝙiūgēda sunt ꝑ diuiſionē tetrachordi ſinemenon ſiue conīūctarū hoc modo. Accipiam⁹ paranetedyezeugmenō ꝑ neteſimenon: ⁊ tritedyezeugmenon ꝓ paraneteſinemenō. ⁊ huius octaua ꝑs ſumpta atq; eidez adiecta: facit triteſinemenō. et iunctū est hoc tetrachordū meſon ꝑ reiectionē toni qui est inter netedyezeugmenō ⁊ paranetedyezeugmenon. Diuiſionē autē tetrachordi hypaton ſiue principaliū ꝓficies eo quo ſequit ordine. Primo accipe tertiā partē de hypatemeſon: hanc eidē adde: et fit hypatehypaton. Secūdo accipe octauā de hypatemeſon: ⁊ hac eidē adiunge ⁊ fit lychanos hypatō. Hui⁹ octauā accipe: ⁊ eidē adde: ⁊ fit parhypatehypaton. et diuiſum est hoc tetrachordū: ⁊ ꝑ cōſequēs totū monochordū. Cui manugāmaut adiūxi ſuo modo: vt īſcripta deſcriptiōe cernis diuiſum. Gāmaut aūt taliter repies: accipe octauā de ꝓſlambonomenos: ⁊ hāc eidem adde: ⁊ fit gāmaut. In oīb⁹ aūt dictis additio fieri debet ad partē grauiorē: ⁊ partitio ad partē acutā: videlz versus t. Loc⁹ aūt. bb. patet: ſi b acutā ꝙſus. t. in duo ęqualia diuiſeris: et E graue in q̄ttuor ęq̄lia diuiſum: i tertio diuiſiōis puncto. cc. locū dabit. ſil'r D graue in q̄ttuor equalia partitū/in tertio puncto diuiſiōis. dd. locū cōcedit. Et rurſus E graue in q̄ttuor diuiſum: ela in tertio pūcto diuiſionis accipit. Harū officia in ſequētib⁹ manifeſta erunt. Primus autē earundē ⁊ origines ⁊ inuentores narrādi ſunt.

De chordarum inuentorib⁹ et tetrachordis: Capitulū. XVI. Bis.

Uis igit partiū monochordi prim⁹ inuētor fuit? Mag.

q In toto monochordo q̄ttuor reperiunt tetrachorda: quarū Primū videlz hypaton ſiue principaliū Mercuri⁹ iuniſſe tradit. Dictū aūt est tetrachordū a chordis q̄ttuor: quaꝝ ꝑma ad q̄rtam diaꝑaſon: mediꝫ inter ſe ⁊ extremas diapēte diateſeron ⁊ tonū ſonabāt. Posthac Chorebus rex Lidorū quintā addidit. Hiagnis ſextā. Terpander ꝙo ſeptimā ad planetaꝝ ſimilitudinē adiecit. et factū est heptachordū ſinemenon. i. coniunctarū. nā in eo duo tetrachorda ꝑ meſe bis numeratū ꝙiūgunt. Et has q̄dē chordas planetis ſeptē attribuebāt. Hypate. ſ. grauiſſimā ſaturno: ob tarditatē ſui motus. Parhypate ioui. Lichanos marti. Meſe ſoli. Parameſe veneri. Paranete mercurio. Nete lunę. Nōnulli ꝙo ordine cōtrario eas locabāt: vt. ſ. grauiſſima lunę: ⁊ nete ſaturno ꝙueniret: ſm planetaꝝ ordinē in aſcēſu. Sam⁹ Lichaon

Mercurius.

Tetrachordum.

Chorebus
Hiagnis
Terpander

octauā adiūxit. s. Trite: ⁊ factū est octochordū dyezeugmenon. i. disiūctū. Cōtinet em̄ duo tetrachorda tono distātia. Prophrast⁹ nonā adiūxit q̄ lychanos hypatō noiata est: vt esset enneachordū Estracus colophoni⁹ decimā in grauiorē partē coaptauit chordā. s. parhypate hypatō. Timothe⁹ Milesi⁹ vndecimā īuenit: vt vndeachordū fieret: in quo tria tetrachorda existūt. Mese aūt vt sic mediū nō obtinet locū: qd̄ tamē vocabulum sonat. Ob id additū est tetrachordū quartū hyp̄boleon. Sed vt sic mese plus hypatis accedebat nec media erat. Ideo in partē grauor em adiecta ꝓslābonomenos: quę ad mese octauā sonat.

Lichaon. Prophrastus Estracus Timotheus

Tetrachordum Mercurij



De interpretatione nominū chordarum monochordi: Capitulum XVII Dis.

Onnulla vocabula inter hęc quęiā de monochordi rōne disserueras penit⁹ mihi incognita sunt. Mag. Hęc q̄ tibi incognita asseris gręca sunt: ⁊ eo q̄ sequit̄ modo latine exp̄munt̄. Proslābonomenos. i. assumpta: addita: vel acquisita dicit̄: qr post oēs vt mese mediū teneret locū adiecta est. vti in prioribꝫ patet. Hypatehypaton. i. p̄ncipalis principaliū. Dis. Haud assentio huic dicto. nā ꝓslambonomenos cū prior sit ordīe/p̄ncipalior ⁊ prima p̄ncipaliū videt̄ esse. Mag. Verū argumētarꝫ: attamē qr ipsa post hypatehypaton adiecta est ipi hypatehypatō nomen reliquit qd̄ prius possederat. vel qr hypatehypaton est prima p̄ncipaliū: q̄ diuersū gignit sonū. nā ꝓslābonomenos nullam soni facit diuersitatē. Seq̄t̄ tertia/parhypatehypatō. i. iuxta p̄ncipalē principaliū. Lichanos hypaton. i. p̄ncipalium digitalis siue discretiua: qr sepat p̄ncipales a medijs: dicta a lichanos. i. digit⁹ is. s. quē nos indicē dicim⁹. Hypatemeson. i. p̄ncipalis mediarū. Parhypatemesō. i. sb̄p̄ncipal̄ mediaꝝ: vl̄ iuxta p̄ncipalē mediaꝝ Lichanos meson. i. digitalis siue discretiua mediarū. discernit eī ⁊ sepat medias a minutꝫ. Mese. i. media. Paramese. i. iuxta mediā. Tritedyezeugmenon. i. tertia disiunctarū: quia disiunctarū tertia est prępostere numerādo: aut quia vna de tribꝫ disiūctis est. Paranetedyezeugmenon. i. iuxta vltimā disiunctarū. s. netedyezeugmenō. Tritehyperboleon. i. tertia excellentiū p̄postere nume

Interp̄tatio noīm grecorum.

rando. Paranete hyperboleon. i. iuxta vltimã excellentiũ. s. nete hyperboleon. Sil'r iterp̃tat̃ nete: paranete ⁊ tritesinemenon. i. cõiũctarũ. Et hę chordę in diuersis canẽdi generibus diuesas accipiunt nominũ additiones. nã a genere in quo ponunt̃ noiant̃.

De tribus generibus modulandi Capitulum decimũ octauũ. Mag.

Unt autẽ hęc genera tria/ videlicz: Cromaticũ: Enarmonicum: ⁊ diatonicũ. Dis. Diatonicũ quod dicis? Ma. Id cuius omnia tetrachorda ꝑ tonũ ⁊ tonũ ac semitoniũ ꝓgrediunt̃. Hinc ⁊ diatonicũ a duob⁹ tonis nomiat̃. Dis. Cromaticũ quod est? Mag. Quod canendi modũ a diatonico mutat: cuius scilicet tetrachorda non per tonum et tonum atq; semitoniũ: sed ꝑ semitoniũ ac semitoniũ/ insuꝑ ⁊ ꝑ tria semitonia cantatur. Dicitur aũt cromaticũ id est colorabile. Sicut em̃ color in alia ⁊ alia superficie mutatur: ⁊ quicquid inter albũ nigrũue cõti

Genera modulandi.

Diatonicuz

Cromaticuz.

	nete hyperboleõ		nete hyperboleõ		nete hyperboleõ
tonus	paranete hyperboleon	tria semitonia	Paranete hyperboleon	Duonus	
tonus	trite hyperbol.	semi ma	trite hyperboleõ		paranete hyper.
Semito	Nete diezeumenon	semi. mi.	Nete diezeumenon	diesis	trite hyperbol.
				diesis	nete diezeume.
	Genus diatonicum.		Genus cromaticum.		Genus enarmonicũ.



nek colorabile dici solet: sic ⁊ tetrachorda huiꝰ generꝫ a tetrachordis generis diatonici ⁊ enarmonici variant. Dis. Enarmonicū qd dicis? Mag. Qd in oibꝫ tetrachordis ꝑ diesim ⁊ diesim ⁊ diatonū cantat. Est autē diesis dimidiū semitonij. Philaus vo semitoniū minꝰ diesim ⁊ diaschisma eius dimidiū: ⁊ semitoniū maius apotome nominat. Enarnomicū aūt dr qd pluribꝫ spacijs et ⁊ āgustioribꝫ sepat. Ex his āt solo diatonico vtimur. Crothaticū vo ⁊ enarmonicū a cātu nro oino abijcimꝰ: eo ꝙ cromaticū ꝑ semitoniū ꝓcedēs mollꝰ: enarmonicū vo ꝑ ditonū ꝓgrediēs/duriꝰ atqꝫ difficiliꝰ sit. Et cromaticū a solis eruditis: enarmonicū vo a solis eruditissimis cātari pōt: nec facile in vsum ꝑduci posset. Diatonicū vo naturaliꝰ ⁊ auribꝫ magis gratū repit: ⁊ a cūctis etiā rudibꝫ modulat. Dis. Quō nūc demū ꝑdictę chordę i his diuersis generibꝫ alias ⁊ alias sumūt additiōes? Ma. Nam parhypate hypatō: lichanos meson: paranetedie zeugmenō: paranetehyperboleon ⁊ sic de alijs in genere diatonico/ diatonos: in cromatico cromatice: in enarmonico vo enarmonios noiant. Et vt dicta a se inuicē secernere possis genera: vnuꝫ ꝑmisimus tetrachordū diuerse diuisum. ⁊ quēadmodū hoc tetrachordū in tribꝫ generibus diuersum vides: ita ⁊ reliq̄ videre potes: si monochordū totū i tribus generibꝫ diuidas. Hęc tamē gr̄a exēpli sufficiāt.

Enarmonicum. Diesis. Philaus

De modis siue tropis: Ca. XIX. Mag.

Sicut aūt monochordū in diuersis modulādi generibꝫ diuerse diuidit: ita ⁊ in varijs modis siue tropis variatur. Dis. De his itaqꝫ (si q̄ habes) in mediū ferre nō grauerꝫ. Mag. Modi siue tropi/ q̄s nos tonos appellamꝰ/ sūt ꝯstitutiōes i totꝫ vocū ordinibꝫ vl' grauitate vl' acumine differētes. Est aūt ꝯstitutio (quā ⁊ συστημα dicunt) plenū veluti modulatōis corpꝰ ex ꝯsonātiaꝝ ꝯiūctiōe ꝯsistens. vti est ꝯstitutio a ꝓslābonomenon ad meson medijs ꝯnumeratis vocibꝫ. vel a meson rursus ad netehyperboleon intermedijs ꝯnūeratis. Erāt autē apud antiquissimos tm̄ q̄ttuor modi: videlꝫ prothus/deutrus/tritus/tetradus. Moderniores vo quēlibet hoꝝ i duos diuisere: vt essent octo. Dis. Qui? Mag. Doriꝰ ⁊ hypodorius partes prothi. Frigius ⁊ hypofrigiꝰ partes deutri. Lidiꝰ ⁊ hypolidiꝰ ꝑtes triti. Mixolidiꝰ ⁊ hypomixolidiꝰ partes tetradi. Horū aūt cōstitutio talis est: vt si in mō hypodorio quālibet notā tono eleuaueris: hypofrigiū ꝯstitues. In q̄ si rursus quālibet notā tono eleuauerꝫ/ hypolidij nascet modulatio. In q̄ si notas q̄slibꝫ semitonio leuab doriū facies. et in alijs q̄dē silis est in acumē intēsionēqꝫ ꝓcessus. Si a ꝓslābonomenos in meson intelligat modus hypodoriꝰ. ab hypatehypaton ad paramese hypofrigius. a peripatehypaton ad tritedyezeugmenon hypolidius. a lichanos hypaton ad paranetedye

zeugmenon hypomixolidi⁹. Ab hypatemeson ad netedyezeugmenon dori⁹. A peripatemeson ad trite hyperboleon phrigi⁹. A lichanos meson ad paranetehyperboleō lidi⁹. A mese ad netehyperboleon mixolidi⁹ Dis. Unde modi hęc sortiūt̄ vocabula? Mag. A gentib⁹ q̄ diuersę diuersis delectātur modis: sicut ⁊ cibis. Nam morū similitudine molliores/in molliori gaudēt modo: ⁊ in anio lasciuiores in lasciuiori delectant̄ mō: qđ ꝓpter ꝯsil'em partium animi/ ⁊ cōsonantiarum euenit ꝓportionem: vt supra tactum est. Unđ mod⁹ p̄m⁹ morose ⁊ curialit̄ vagat̄. Secūd⁹ ꝑ raucā ꝓcedit grauitatē. Tertius ꝑ idignātis sęuerā insultationē: ⁊ ad terribilia vel aggredienda vel sustinēda ꝓuocat. Quart⁹ adulationis habet formā. Quint⁹ modestā ꝯtinet petulantiā. Sext⁹ lachrymosaz sonat cōcinentiā. Septim⁹ ꝑ salt⁹ ꝓgredit̄ inimicos. Octau⁹ tenorē decentē ⁊ quasi ꝯtinet matronalē. Patet igit̄ causa ꝓpter quā ꝓ diuersitate materię ⁊ populi/musici ꝑitissimi diuersis vtūtur modis. Debet aūt fieri numeratio modoꝝ ordine tali: vt dori⁹ p̄mus sit. hypodori⁹ secūdus. phrigius tertius. hypofrigi⁹ quartus. lidi⁹ quint⁹. hypolidi⁹ saxt⁹. mixolidi⁹ septim⁹. hypomixolidi⁹ octau⁹. Et hęc ꝓ p̄senti sufficiāt speculatione.

Libri Quīti. Tractat⁹ secūd⁹ đ praxi Musice. De principijs Musice practice in genere. Capitulum. I. Dis.

Iam traditas a te musicę speculatiōes (ni me fallat opinio) intellexi: attamē quā maxime volebam ex his nōdū canendi artē accępi. Mag. Tradere artē canendi nō ad musicę theoriā (quā in supioribꝫ exposuim⁹) sed ad praxim poti⁹ attinet cuius in sequētib⁹ principia vniuersaliora atqꝫ magis necessaria videbimus. q̄ sūt claues: voces: cātus: modi ⁊ toni. Principia Musice.

De Clauibus musice. Capi. II. Dis.

Uę sūt claues musicę? Mag. Sūt q̄dam ex litteris grāmaticę: scz a b. c. d. f. g. quarū q̄libet ī monochordo bis terne repetit̄. Eo tamē pacto discernūtur: nā q̄ hę in ꝑte inferiore locātur/graues sūt: qꝛ voces quas designāt graui⁹ sonāt: et ob id a q̄busdā in forma grossiore depingūtur. vt sic A B C D E F G. Sequētes has acutę dicunt̄ ratiōe vocū cuz q̄bus ponūt̄: q̄ p̄dictis acutiores sūt. Et ob id minoribꝫ figuris depingunt̄: ita scz a b c d e f g. Reliquę supacutę siue excellentes noiantur: nā voces earundē voces p̄dictarū in acumine longe antecellunt. ⁊ hę qn̄qꝫ geminatis signant̄ litteris. vt sic. aa bb cc dd ee. p̄ter has in ꝑte inferiore alta adiecta est clauis g videlicet gręcū: qđ gāma dicūt in hac forma ⌈ ad hoc vt p̄mus cātus b duralis haberet ut. sicut pabit infra. Dis. Quare hę littere claues nominant̄? Mag. Qꝛ Claues Graues Acute Excellentes

Dicuntur claues. occulta ꝛ incognita monochordi nobis ꝛ reserāt ꝛ manifestant: vi delicet voces/cātus/ꝛ tonos quoꝝ claues sūt. Dis. Hec eo quo iā enumerata sūt ordine lati⁹ discutias veli. Ma. Faciā vt lubet.

De vocib⁹ et claubus signādis. Ca. III. Di.

Voces. Q Vot igit ꝛ q̄ sūt voces musice? Ma. Sex: ꝛ isto q̄ sequū tur ordine locandę. ut re mi fa sol la. p quas sępius repetitas ois cāt⁹ ꝓgreditur: nec tñ eas canēdo exprimim⁹: ꝫ sonus poti⁹ p illas significatos. vnde vocū signa sūt notę q̄dā in vl extra lineaſ i hūc modū posite ✻ Et hę note rursus son⁹ denotāt: q̄s canēdo exprimim⁹. Dis. Sed quō dictę claues has voces reserādo manifestāt? Mag. Eo. nā cū singulis clauib⁹/singulę ponuntur voces vna vel plures: vti patuit supra in monochordi descriptione. vñ posita clauī cū nota in linea vel spacio: ipsam nō vocez q̄libet: ꝫ eā tm̄ q̄ cū tali clauī iungit significare necesse est. Dis. Hui⁹ exēplū adūcias? Mag. ✻ hec nota in linea posita nō vocē re/mi/vel sol: sed fa vel ut designat: q̄ cū ꝼ graui hic signato tūctę sunt. nō tñ necesse est oēs claues signare ad denotādas singulas voces: sed sufficit ponere aliq̄s p q̄s alcēdēdo ꝛ descēdēdo patefiunt proximiores.

Mote musicales ✻

De Cātu et claubus eiusdē. Ca. IIII. Dis.

Cantus tres Naturalis B mollis ♮ duralis Claues cantuum C Laues cantuū q̄ sūt? Mag. Cantuū claues queris ꝛ nō dum q̄t cantus sūt itelligis. Dis. verū. Tu igit q̄t sūt cātus edissere. Ma. Cāt⁹ sūt tres: naturalis/bmollis/♮ duralis. Dis. Cant⁹ natural' q̄s ē? Mag. Is q̄ mollicie aut duricia nō excedit: ꝫ naturali ꝓgredit sonoritate. ꝛ ē duplex: videlicet prim⁹ ꝛ secūdus. Dis. Cātū bmollē quē dicis? Ma. cū ipsum q̄ aliquāto molli⁹ q̄ naturalis ꝓgredit. ꝛ ob id nōnūq̄ p b rotundum q̄ō de facile mobile ꝛ molle est designat. Et ē duplex: scz p̄m⁹ et secūd⁹. Dis. Cant⁹ ♮ dural' q̄s est? Mag. q̄ aliquāto durius quā naturalis ꝓgredit: ꝛ ob hoc p ♮ quadrū q̄ō angulis suis motui resistit atq̄ dure mouet denotat. Et ē triplex: scz p̄m⁹ secūd⁹ tertius. Dis. nūc q̄ aut q̄t sint cantuū claues ostēdas. Ma. Cantuū claues sūt b. g. c. f ♮ ꝛ. b. vnde vbi. g. in monochordo cū voce. ut. ponit ibi cātus ♮ duralis initiū sumit. itaq̄ p̄m⁹ ♮ duralis ē B graui siue gāma incipit ꝛ in. e. finali finit. Secūd⁹ in. g. finali incipit ꝛ in. e. acuto terminat. Tertiꝰ in. g. acuto incipit ꝛ in. e. sup acuto termiat. Ubi vero. f. cū ut in monochordo ponit ibi cantus bmollis p̄ncipiū accipit. Idcirco p̄m⁹ b mollis in. f. finali incipit ꝛ in. d. acuto finit. Secūdus in. f. acuto incipit ꝛ in. d. supacuto terminat. posset ꝛ tertiꝰ b mollis addi inter. y. grecū ꝛ. L. capitale. sed cūdū quē nōnulla gradualia a q̄busdā decantant. Ubi aūt. E. cū ut. in monochordo locat: ibi cātus naturalis initiū ē. vnde p̄mus naturalis i. E. graui incipit ꝛ in. a. acuto finit. Secūd⁹ i. c. acuto

incipit atq; in a supacuto terminat.c.aūt supacutū qr.ut. nō habet:nullū cātū designat.b. vero rotundū ⁊ ♮ quadrū cātus bmollis ⁊ ♮ duralis discrimē faciūt: tūc scz cū in.b.acuto ⁊ supacuto aliqua nota ponit.nā si ibidē.b.rotūdū signat:hęc nota ꝓ fa ⁊ molliter: Si vero ♮ durū ponit:ipsa ꝓ mi ⁊ duriter cantat.nā tali ⁊ cō simili vocū vni⁹ in aliā mutatione vn⁹ cantus in aliū mutatut.

De mutatione vocū vnius ī aliā. Ca. V. Di.

Quid est mutatio vocū? Mag. Est vni⁹ in aliā sub eodem sono variatio:nō tñ oīb⁹/nec his q̄bus ꝯuenit inest ęqualiter. Dis. Hoc clarius ostendas. Mag.nam in clauibus vnā tm̄ vocem habentib⁹ nulla fit mutatio. vt sūt ⌈ ut. Are. ♮ mi. Silr b fa ⁊ ♮ mi inter claues duas voces habētes enumerabis. Dis. Quā ob cām? Ma.qr fa qđ cū.b.rotūdo ponit a mi qđ cuz ♮ quadro locatur/semitonio distat: ⁊ ideo nec fa in mi/nec mi in fa mutat:cū mutatio fiat eodē retento sono. In clauib⁹ autē duas voces habentib⁹/voces nullo interuallo distant: ⁊ iō vna in aliā mutari pōt. Dis. Quot in talibus fiunt mutatiōes? Ma. duę. Nam p̄mo mutat vox superior in inferiorē ascendēdo. Secūdo variatur inferior in supiorē descendendo. Sunt aūt hę claues Cfaut: Dsolre: Elami: Ffaut in grauibus.elami:ffaut in acutis. ⁊ ccsolfa ⁊ ddlasol in superacutis. Sed in his duobus vltimis ambę mutatiōes fiūt descēdēdo. Dis. Quot fiūt mutatōes in clauibus tres habētes voces? Mag.sex. Primo em̄ mutat vox prīa in secundā. Secūdo mutat vox prima in tertiā. ⁊ Tertio mutatur secūda in tertiā ascendēdo. Quarto mutat vox tertia in secūdaz. Quinto variat vox tertia in p̄mā. ⁊ Sexto mutat secūda in p̄maz descēdendo. Et sūt hę claues: Gsolreut in grauib⁹.alamire:csolfaut:dlasolre:gsolreut in acutis. ⁊ aalamire in supacutis. Dis. harū mutationū in notis exēpla subiūgere haud pigriteris. Ma. Exēpla patebūt. Cauēdū tñ ē ne fiat mutatio nisi necessitas ascensus aut descēsus req̄rat. Dis.ītelligo sane. Sz vnde hęc accipiēda ē certitudo:cū pl'es fuerīt voces/ī quāuis haꝝ aliaz mutar nece sit? Ma. Cū pl'es fuerīt voces/ī istā mutatio fiēda ē:q̄ habita ñ sit nece citi⁹ aliā fieri mutationē. Hoc tñ animaduertendū:q̄ non sp̄ possum⁹ mutare vocē ī voce:sz fit salt⁹ sine mutatiōe de nota ad notā: vt ꝯtingit in diapēte ab elami ad bfa ♮ mi. simile ꝯtingit etiā in alijs modis.

Mutatio vocum



Vocum mutationes


Elami
Ffaut.
Gsolreut
mi
re
csolfaut
dlasolre



De cōiūctis ⁊ locis earūdē. Ca. VI. Mag.

e St ⁊ aliud nōnullis plurimū impedimēti in mutationib⁹ afferens: qđ silentio p̄terire nequaquā oportebat. Dis. Studiose q̄d sit te edocente auscultabo. Ma. Est natura cōiunctarū. cū videlicet necessitate coacti loco semitonij tonum cantam⁹ ⁊ e regione semitoniū ꝑ tono cōtra regulas mutationuꝫ p̄scriptas. qñ aūt cantādū sit ꝑ tono semitoniū/ signatura b moll' indicabit: ⁊ si ꝑ semitonio ton⁹ cantand⁹ sit ♮ durū manifestabit. Dis. Quotiēs hęc euenire solēt? Mag. Octies. Dis. nō pigriteris q̄so ꝑ exempla om̄ia ꝑ ordinē dilucidare. Mag. Prima

cõiuncta iter A et B graues. i. Are ꝛ ♮ mi repit. ꝛ in ♮ mi signat p b molle: qz ibi loco mi cãtatur fa: ob id descẽdẽtes i Ffaut. ut. nõ i fa iuxta traditas regulas/ sz ut in sol muramus. sic eñ in ♮ mi fa. i are mi/ in ⌐ ut re cõtra naturã clauiũ ꝛ vocũ efficiemus. Exempla sũt i respõsorio: Sctã ꝛ imaculata virgitas. in verbo: nõ poterãt. Itẽ in respõsorio: Fuerũt sine q̃rela. in verbo dñi. Itẽ in responsorio. Emẽdem⁹ i meli⁹. in ꝑbo: miserere. Fit idẽ in respõsorijs: Christi virgo: ꝛ Circũdederũt me. si incipiunt in Dsolre. per aliã nanq̃ signaturã ꝛ inceptionem cõiunctę euitari pñt. vnde in incipiendo respõsoriũ: Sãcta. in alamire. ꝛ respõsoriũ. Fuerũt ꝛc. i elami sit ꝛ responsoriũ. Emẽdem⁹. cõiuncta nulla euenit. Secũda coniũcta reperit iter Dsolre ꝛ Elami: ꝛ signat in Elami p b molle: quia ibi loco mi cantat fa. vnde in descẽsu i Ffaut: ut sol muta⁹: cum iuxta regulas ꝓhabitas. ut in fa mutandũ esset. Exẽpla sũt in antiphona de sctõ Greg. q̃ incipit. Gloriosa. in verbo: ꝑcibus. ꝛ rñsorio. Gaude maria. in verbo. interemisti. Itẽ in anti. O crux gloriosa. cũ cantatur. admirabile signũ. ꝛ pluribus alijs. Si responsoriũ Gaude ꝛ anti. O crux. in Elami siue alamire inceperis/ cõiunctas euitabis. Tertia ẽ inter Bsolreut ꝛ Ffaut. ꝛ signat in Ffaut p ♮ durũ: qz ibi p fa cantat mi/ in descẽsu mutãdo re in sol in alamire cõtra naturã: qz ibi sol nõ est/ sed re in la mutari deberet. Exempla sunt in cõione. Beatus seru⁹. cũ cantatur. inuenerit vigilãtẽ. Et in respõsorio. Quę est ista. qõ cantat de assumptione beatę virginis. in verbo. ꝑ desertũ. vitabis tñ coniunctas: incipiendo. Beatus seruus. in alamire. Sit ꝛ respõsoriũ. Quę est ista. Quarta accipitur inter Bsolreut ꝛ alamire: ꝛ signat in alamire p b molle: quia ibi cantat fa ꝑo mi/ mutando re in fa p a scẽsum. Exẽpla sũt i cõmuniõe. Fidelis seru⁹. vbi canit: in tempore. et in responsorio: Formauit igitur. vbi canitur. ꝛ factus est homo. Quinta accipitur iter csolfaut ꝛ dlasolre: signaturq̃ per ♮ durũ in csolfaut: eo q ibi p fa cantatur mi: accipiẽdo in mutatiõe in elami sol loco mi. Exẽpla sũt in alleluia de assumptiõe marię: si incipitur in alamire: qz incipiẽdo i Ffaut euitatur cõiuncta. Sit ꝛ incipiẽdo cõionẽ. Beatus seru⁹: in b fa ♮ mi/ cõiuncta hęc euenit in dictiõe vigilantẽ/ si ãt incipit in alamire: euitatur. Sexta repitur i dlasolre ꝛ elami. signatur q̃q̃ p b molle in elami: qz ibi p mi cantat fa: mutãdo i dlasolre re in mi: q̃ deberet regulariter mutari in sol. Exẽpla sũt in ītroitu. Adorare dñm. ꝛ in anti. Immutemur habitu. vbi canit. iciunemus. Et in respõsorio. Gaude maria de purificatiõe. vbi canitur. erubescat. ꝛ in responsorio. Jte in orbẽ ꝛc. Septima cõiũcta euenit inter gsolreut ꝛ ffaut excellentibus. ꝛ signat in ffaut p ♮ quadrum: qz erit ibi mi ꝑo fa/ mutãdo la in re in elami ꝫ naturam clauis. Exempla sũt in antiphona. Hodie maria virgo. ꝛ in responsorio. Ingressus pylat⁹. vbi canit. iudeorũ, ꝛ in: Cũ appropiquaꝫ

ret. qđ in die palmarũ canit. ibi. si quis vos. si incipit in gsolreut: Octaua ꝯtingit inter gsolreut ⁊ aalamire: ⁊ fingat in aalamire ꝑ b molle: qꝛ erit ibi fa. Uerũtñ si qs in oib⁹ dictis cõiunctas euitare voluerit/aut saltẽ ꝑ maiore ꝑte a finalib⁹ cãtuũ ad affinales suas confugiat/altius inchoando: ⁊ signando q̃ꝫ prima compositio habet. Ad modos stilum vertamus.

De Modis. Capitulum. VII. Dis.

Quid dicis Modũ in musica? anne idẽ qđ in logica de ꝓpositionibus modalib⁹ ⁊ syllogismorũ principis modus đr?

Mag. Nõ idem: sed id qđ iã supra interuallũ diximus hic modũ appellam⁹. Dis. Est igit mod⁹ soni acuti grauisqꝫ distantia? Mag. Optime. nã ita ĩteruallũ definitũ ẽ. Dis. Quot sunt modi? Mag. tredecim. videlicet Semitoniũ. Tonus Semiditonus. Ditonus. Diatesseron. Diapente. Semitoniũ cũ diapente. Tonus cũ diapente. Semiditonus cũ diapente. Diton⁹ cũ diapente: ⁊ Diapason. Penultimus aũt ⁊ antepenultim⁹ inusitati sũt. insuꝑ Semidiapẽte ⁊ Triton⁹ modi sũt ꝓhibiti. Unisonus vero cui⁹ voces nullaten⁹ distãt: mod⁹ nõ ẽ. Sũt nõnlli q. 9. modos in prosa quadã ⁊ neumate decãtandos pueris ꝓponũt. q̃ten⁹ saltus huiusmodi memorię infixi/promptũ cantorez reddant. Et qꝛ hęc ita eẽ exꝑientia pl'imos docuit/notulas eorũdẽ subiungã.

Modus Modi musicales.


Ter terni sunt modi quibus om nis cantile na contexi-
tur. Scili cet Unisonus Semitoniũ Tonus
Semiditonus Ditonus Diatesseron Dia-
pen te Semi toni um cũ dia pente Tonus cum di-


apen te Adbecſonus di a paſon ſi quem delec-
tat eius hunc modum eſſe cognoſcat. Cũq; tã pau
cis clau ſu lis ſo ta harmonia fo:me tur v ti liſ
ſi mum eſt e as ſcire ꝛ memori e
commen da re nec pri us ab huiuſmodi ſtudi o
quieſ ce re do nec vocum interual lis agni tis
harmo ni ę to tius fa cil li me ñat cõ-
prehende re no tici am Euouae

Semiditon⁹ cũ diapente inusitatus

Modi prohibiti



Ditonus cũ diapente inusitatus

Semidiapente. ⁊ fit vez diapẽte si b rotundũ in ♮ q̃drũ mutat. illud aũt additũ duob⁹ tonis et duob⁹ semitonijs minorib⁹: quos semidiapente continet fit diapente perfectũ: constans trib⁹ tonis ⁊ vno semitonio minore.

Tritonus



De Tonis Capitulum VIII. Dis.

Pernecessaria vid̃r mutationũ atq; modoꝝ noticia: quã tñ paucis ad modũ tradidisti regulis: nũc q̃so ad instituta redeas ⁊ de clauib⁹ tonoꝝ si q̃d habes ĩ mediũ feras. Ma. Tonoꝝ claues impite q̃ris: q̃ nõdũ q̃d aut q̃t sint toni intelligis. Dis. Quid igit̃ est tonus? Magi. Est regula cant⁹ regularis cursum naturalẽ in fine determinãs. ali⁹ est igit̃ is ton⁹ ab eo quẽ supra ĩter modos nomĩauim⁹. Dis. Quot sunt toni? Mag. Octo videlz dori⁹: hypodori⁹: frigius: hypofrigi⁹: lidius: hypolidius: mixolidi⁹: ⁊ hypomixolidi⁹. Dis. Et hos q̃dẽ in supiorib⁹ noĩasti. Mag. Etiã: ⁊ vnde hęc sortiti sunt vocabula explanaui: atq; q̃b⁹ noĩb⁹ latinis efferant̃ exp̃ssi. nã doriũ p̃mũ: hypodoriũ secũdũ: ⁊ sic de alijs noĩant. Unũ tñ ĩ p̃sentiaꝝ supaddẽdũ puto. Qm̃ ex his q̃ttuor autẽti: ⁊ q̃ttuor plagales dicunt̃. Dis. Autẽti q̃ sunt? Ma. Prim⁹/tertius/quint⁹ ⁊ septimus sic dicti: q̃r auctoritatẽ ascẽdẽdi maiorẽ habẽt cęteris. Ascẽdũt em̃ a finalib⁹ ꝓprijs vsq; ad octauã regularit̃. ad nonã licẽtialiter. vltra ꝟo nõ nisi irregulariter. A finali aũt nõ nisi ad vnã vocẽ regulariter descẽdũt. lidio siue q̃nto dẽpto: q̃ ꝓpter euitare semidiapẽte ĩ finali manebit. Differt aũt semidiapẽte a pfecto diapẽte ĩ semitonio maiore. Dis. Plagales q̃ sunt? Mag. Secũd⁹ plagalis p̃mi. q̃rtus plagalis tertij. sextus plagalis q̃nti. ⁊ octauus plagalis septi

Tonus

Toni octo

Autenti

Plagales

mi. Sic dicti: qm̄ magꝭ q̄ꝫ priores descēdūt ⁊ min⁹ ascendūt Unde plagales a finali ad q̄rtā tm̄ vel q̄ntā/ ⁊ raro ad sextā scandūt. sꝫ vsqꝫ ad q̄rtā vl' q̄ntā descēdūt: dēpto sexto: q̄ ꝓpt̄ euitare semidiapente nō descēdit. Habēt autē autēt⁹ ⁊ su⁹ plagalis eandē finalē. Ex dictis q̄ꝫ tonoꝝ extremitates facile deꝓhendes.

De clauib⁹ tonoꝝ finalib⁹. Ca. IX Dis.

q Uid ꝑ finales tonoꝝ intelligis? Mag. Tonoꝝ claues. Dis. Quę sunt tonoꝝ claues? Ma. D E F G. graues. In his em̄ tonoꝝ finis regularit̄ cōstitut⁹ est tali differentia. vt D sit final' proti (q̄ p̄mū ⁊ secūdū continet) E finalis deutri (q̄ tertiū ⁊ q̄rtū ꝯtinet) F finalis triti (q̄ q̄ntū ⁊ sextū habet) ⁊ G finalis tetrardi (q̄ septimū ⁊ octauū cōprehēdit) Et p̄ter finales sūt q̄dā claues q̄s tonoꝝ affinales dicūt. Dis. Quę sunt. Magi. a b c acutę. Nā toni nō semꝑ in finalib⁹ ꝓprijs: sꝫ in his q̄ꝫ finē suuꝫ statuunt: vt prot⁹ in a: deutr⁹ in b: ⁊ trit⁹ in c. tetrard⁹ ꝟo affinalē nō habet: sed in ꝓpria finali semꝑ stabit.

Finales.

Affinales

De clauib⁹ tonoꝝ initialib⁹ Ca. X Dis.

i Am satis luculēter tonoꝝ fines mōstrasti: de initijs eorundē idē te facturū velim. Mag. Initia toni p̄mi sūt C D F. graues: et a acuta. sil'r ⁊ E g̃uis: sꝫ raro. initia scd̄i toni sūt A C D F. graues. sil'r ⁊ E grauis: sꝫ raro. initia tertij toni sūt/ E G. graues ⁊ c acuta: sil'r F graue: sꝫ raro. initia q̄rti toni sunt/ C D E F G. graues: sil'r a acuta: sꝫ rarissime. initia q̄nti toni sūt/ F grauis: a ⁊ c acutę: ⁊ G grauis/ sꝫ raro. initia sexti toni sūt C D F graues: sil'r G grauis/ sꝫ raro. initia septimi toni sunt/ G g̃uis/ g̃uis: et a b c d acutę. initia octaui toni sunt/ C D E F G graues: et a c acutę: et si p̄ter hęc alia reꝑiunt̄ initia/ tolerāda poti⁹ q̄ꝫ imitāda sūt. Ex his facile cui⁹ toni cant⁹ seu trop⁹ sit iudicādū censeo: si ad hęc ea q̄ de ascēsu ⁊ descēsu autētoꝝ atqꝫ plagaliū dicta sunt tenaci cōmendaueris mēorię. Nā ꝑ claues tonoꝝ initia ⁊ fines: ⁊ ꝑ naturā ascēsus ⁊ descēsus earūdē media ⁊ ex ꝯseq̄nti totius cursus deꝓhendit̄. Sꝫ hoc q̄ꝫ aīaduertēdū: tropos nōnūq̄ꝫ ꝑmixtos habere tonos: ⁊ isti toni p̄ncipalis. s. autēti iudicant̄/ si ęq̄liter mixti sint: nā cū inęq̄lit̄ duob⁹ tonis miscent̄: illi⁹ sunt cui⁹ naturam magis ꝑticipāt. Oīm dictoꝝ ānotatio exp̄ssa est in figura diuisionis monochordi: cui ⁊ manugāmaut adiūctū est. quęre sup̄ parte prima huius libri. ca. 15.

Tonorum initia.

De initijs tenorum cuiusuis toni: Capitulum vndecimum. Mag

p Ost tropos autē quos antiphonas dicunt in diuinis laudib⁹ solent psalmi decantari in tenore toni cui⁹ antiphona fuerit ꝓportionato. qd̄ vt facili⁹ ītelligas q̄rūuis teno

rũ. q̃rũ tonorũ initia/fines atq; cursus enodabo. Dis. Quę igit̃ sunt tonorũ initia? Mag. Tenores sua initia nõ in eadẽ/sed diuersa habẽt claue. Nam tenor primi quarti atq; sexti tonorũ in a acuto incipit. Tenor ꝟo secundi toni in f finali initiũ sumit. Sed tenores tertij q̃nti et octaui tonoꝝ in c acuto incipiunt. Tenor autem septimi toni in d acuto incipit. Et hęc vera sunt cum toni in ꝓprijs finalib; finẽ suũ ponũt: nam si in affinalib; finiũtur: tenores initia sua ꝟm ꝓportionẽ dictarũ distantiarũ eleuant. Initiũ em̃ tenoris primi toni a finali eiusdẽ per diapente distat. Secundi per semitoniũ. Tertij per semitoniũ ⁊ diapente. Quarti per diatesseron. Quinti per diapente. Sexti per ditoniũ. Septimi ꝑ diapente. Octaui ꝑ diatesseron a sua finali aberit. quod facile his metrꝫ deprehẽdes. Pri. re. la. se. re fa. ter. mi fa. quart. q̃z mi la. Quint. fa fa. sext. fa la. sept. vt sol. oct. tenet vt fa. Dis. Quid ꝑ tenorẽ intelligis? Mag. Sęculorũ amẽ. quod ĩ libris per vocales harum dictionũ in hunc modũ designatur Euouae. nã hoc vltimũ est in/Gloria patri. qđ post cuiuslibet psalmi finẽ decantat̃. Tenor.

De cursu et fine tenoris Ca. XII Mag.

Ognitis vt p̃missum est tenorum initijs: eorundẽ cursus atq; fines principales sequẽti neumate intelligas.


Adam primus homo. Noe se cundus. Tertius
abraam. Quattuor euangelistę. Quinq; libri mosi. Sex
hydrię positę. Septẽ scholę sunt ãrtes. Sed octo sunt partes

Fines autẽ principales dixi. nam tenores alios fines habẽt minus principales: quos differentias nominam⁹. Dis. Quot differentias habet quilibet tenorum? Magi. Primus habet q̃nq;. Secũdus nullam. Tertius quattuor. Quart⁹ quattuor. Quintus vnam. Sextus vnam. Septimus quattuor. Et octau⁹ quattuor. vt patet ꝟ infra.

Tonorũ differentie



Primi toni differẽtia prima. Secũda differẽtia. Tertia



differẽtia. Quarta differentia. Quinta differentia.



Tertij toni differentia prima. Secunda differentia



Tertia differentia. Quarta differentia.



Quarti toni differẽtia prima. Secunda differentia.



Tertia differentia. Quarta differentia.



Quinti toni differentia. Sexti toni differentia.



Septimi toni differentia prima. Secũda differẽtia.



Tertia differentia. Quarta differentia.



Octaui toni differētia prima. Secūda differentia.



Tertia differētia. Quarta differētia: quę peregrina dicitur: quia raro/aut quia non participat cum suo principali quē ad modū cęterę.

Applicatio tenorum ad psalmos. Capitulum tredecimum. Dis.

Ursus tenores cū differētijs eorūdē/iamiam satis clare intelligo: sed eas applicare ad psalmos (vti in superioribꝰ pręcępisti) nōdū noui. Mag. Tenores nō ęqualr oībus psalmis/sz alit minoribꝰ atqz alr maioribꝰ applicant. Psalmos autē minores dico. 150. quorū Dauid saltē ꝑ maiore parte auctor fuit. ⁊ Cantica ex ꝓphetis assumpta. Maiores ꝟo Magnificat: quod virgo gloriosa in visitatiōe helisabet cecinit: ⁊ Benedictus quod zacharias pater ioannis baptistę ꝓphetico spū afflatus decantauit. Nunc dimittis. q̄z quod simeon senex iesum puerū in vlnis tenēs cantauit: Ad hos singulos si placet tenores in notarū descriptiōe applicabo. Dis. Placet. Mag. Sequit descriptio in qua musicę finē statuimus. verūtamē in psalmis in quibus mediū siue dictio in qua fit pausa/est monosyllaba vel hebraica: aut apud nos indeclinabilis/ipsa contra toni naturā debet eleuari.

Intonationes tenorum per octo tonos Primus tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qd lo. sum.



Magnificat aīa mea dominū. Bñdictꝰ dñs deꝰ. isrl.

Secũdus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ lo. sum.



Magnificat aia mea dñm. Bñdict⁹ dñs deus israel.

Tertius tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dex. meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.



Magnificat aia mea dominũ. Benedict⁹ domin⁹ deus israel.

Quartus tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.



Magnificat anima mea dñm. Benedict⁹ dñs deus israel.

Quintus tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.



Magnificat anima mea dominũ. Benedict⁹ domin⁹ deus israel

Musice practice

Sextus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.



Magnificat anima mea dominū. Benedict⁹ dñs deus israel.

Septimus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum



Magnificat anima mea dominū. Benedictus dñs deus israel.

Octauus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sum.



Magnificat anima mea dñm. Benedictus domin⁹ deus israel.

Differētia peregrina



In exitu israel de egypto domus iacob de populo barbaro.

Finis Musice. Sequitur Geometria.


typus
geo
metre
frigera

Liber sext⁹ de elementis Geometrie. Tractatus prim⁹. De definitiõe noĩe ⁊ inuentoribus Geometrie: de eius quoq; vtilitate ⁊ laudibus. Capitulum.I. Dis.

Zodiacus circulus.

z Odiac⁹ q̃s est circul⁹? Ma. Is qui ꝑ sphęrę mediũ trãsiens ęq̃noctialẽ itersecat: ⁊ intersecat̃ ab eodẽ i duas ꝑtes ęq̃les: quaꝝ vna versus austrũ: reliq̃ ꝟo ꝟsus septẽtrionẽ declinat. ob id ⁊ circul⁹ obliqu⁹ đr. Et signa versus austrũ declinãtia australia vocant̃. s. Libra: Scorpio: Sagittari⁹: Capricornus: Aquari⁹: Piscis. Ea ꝟo q̃ ꝟsus septẽtrionẽ se vertũt: Borealia a vẽto: vel Septẽtrionalia dicunt̃. s. Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Uirgo. Est aũt hęc declinatio. 23. graduũ ⁊ dimidij: aut fere. 24. de gradib⁹ q̃ ex diuisiõe toti⁹ in. 360. ꝓueniũt. Zodiacus autẽ nominatus est zoe quod est vita. sol enim sub illo circulo motus cunctis vitam pręstat inferioribus: aut α πο του ζωδίου. a zodion qđ aial dicit̃. Sũt em̃ in eo. 12. imagines ꝑ stellarũ positiões formatę: ⁊ noib⁹ aialiũ insignitę: ⁊ solus is circul⁹ in firmamẽto latitudinẽ hr̃e describit̃. Dis. Quãta est latitudo ei⁹? Ma. 12. graduũ. ex p̃fata diuisiõe in. 360. sũptoꝝ. ⁊ ꝑ mediũ horũ linea imaginat̃ diuidẽs zodiacũ i circũitu in duo ęq̃lia: a q̃lib3 ꝑte sex grad⁹ relin q̃ndo. huic lineę ecliptica nomen est: q̃ tũc solũ cũ sol ⁊ luna sub ea fuerint/ eclipsis fieri possit. Ex hac zodiaci partitiõe patet: signũ q̃dlibet in lõgitudine hr̃e grad⁹. 30. in latitudie ꝟo. 12. Qñq̃ tñ totũ firmamẽtũ in. 12. ęqualia diuidit̃ ꝑ. 6. circulos ꝑ polos zodiaci ⁊ initia signorũ in zodiaco distinctoꝝ trãseũtes. ⁊ tunc stellę extra zodiacuꝫ existentes dicuntur esse in signis.

Signa zodiaci australia Septentrionalia.



De circulis coluris: Capitulũ. XV. Dis.

d Escribe coluros. Mag. Colurus solstitioꝝ est circulus ꝑ polos mũdi/ ⁊ p̃ncipia cancri ⁊ cap̃corni trãsiẽs: sphęrã in duo ęq̃lia diuidẽs. Dis. Et vnde hoc sortitus est vocabulũ? Mag. Quia incõpletus apparet aut vt cõiter dicit̃ a co-

Colurus solsticiorum.

tur. Poli nāq; zodiaci a polis mundi ꝑ viginti tres gradus ⁊ fere dimidiū distātes/circa eosdem voluunt̄. quorū vn⁹ Arcticus: reliquus vero Antarctic⁹ appellatur. Arcticus q̄dē ab arctos constellatiōe: quā ⁊ vrsam maiorē dicūt: q̄ circa hunc circulū (vt in sequētib⁹ patebit) inuenitur. Et idē circul⁹ nōnūq̄ Borealis aut septētrionalis d̄r: Borealis quidē: nā in ea mūdi ꝑte ē vnde Boreas ventus orit̄. Et septētrionalis a septētrione. i. minore vrsa: quę septē stellis circa hūc circulū existētib⁹ figurat̄: q̄ ⁊ triones. i. boues appellant̄: eo ꝙ tarde vt boues moueant̄. Eisdē nominib⁹ polus mundi nobis semꝑ apparens (q̄ ⁊ circuli arctici centrum est) noīatur. Opposit⁹ v̄o ⁊ pol⁹ ⁊ circul⁹ Antarcticus quasi ꝯtra Arcticū dicit̄. Idem Australis a vēto: ⁊ meridionalis a tali mundi plaga. Arcticus Antarcticus

Dis. Qualit̄ aūt alij duo minores circuli in sphęra imaginant̄?

Ma. taliter. Nā sol existēs in p̄mo puncto cancri/circulū quendam describit: quē tropicū cancri dicim⁹. tropicū quidē a tropos/ qd̄ est cōuersio. nā tunc sol alti⁹ nō ascēdēs a nobis se ꝯuertit. Sic similiter cū in p̄mo puncto capricorni fuerit/circulū quendam describit: q̄ tropicus capricorni ex eadē causa appellat̄. Hi sūt circuli non modo in firmamēto/verūetiā in nona ⁊ decima sphęris imaginandi: vt p̄cedēs admonet descriptio. Dis. Facile ex dictis tale corpus q̄ddam ex circulis realib⁹/vel ligneis/aut ęneis cōponendū esse arbitror: qm̄ oīm q̄ntitatē atq; distantiā ⁊ in sphęra situs aperto sermone dilucidasti. Mag. Si hāc tuā imaginationē opere cōpleueris/singula q̄ dixim⁹ clarius atq; plani⁹ in tali corꝑe cōspicies. Solida nāq; in planis figurari laboriosū est. Tropicus cancri Tropicus capricor.

De natura motu ⁊ figura stellaꝝ: ⁊ si animate sint: ⁊ de galaxia. Ca. XIX. Dis.

Nunc ꝓmissoꝝ ordo expostulat vt stellaꝝ ⁊ naturas ⁊ motus describas. Ma. Stellę oēs tam fixę (q̄ in firmamento sunt) q̄ erraticę siue planetę (q̄ in septē orbib⁹ planetaꝝ consistūt) eiusdez naturę/mot⁹ ⁊ figurę cū suo cęlo sunt. Uñ sicut cęlum nō ē elemētū nec elemētatū/sed ex materia p̄ma ⁊ ꝓpria forma substātiali cōponit̄: ⁊ q̄tū de sua natura est simpl'r corruptibile: quia vero forma cęli ꝯriā nō habet se potentiorē: ideo ab agente naturali nō corrūpit̄. Ipsū nec graue/nec leue: non calidū/nec frigidū: sed oīb⁹ peregrinis vacuū impressionib⁹ a naturalib⁹ perhibetur. Ita ⁊ stellę q̄ cęlorū partes sūt/necessario cū cęlis eiusdē naturę existūt: ⁊ ab ipsis tm̄ densitate ⁊ raritate differūt. Est eī stella densior orbis sui pars/luminis solis receptiua ⁊ retētiua: ⁊ propterea potētię visiuę obiecta. Orbis vero in alijs ꝑtib⁹/q̄r rarior lumē versus ipsū ꝓiectū nō incorporās/luminosus aut lucid⁹ nō fit: nec cuiuis colori subijcit̄: iō visibilis nō est. Dis. Et forsitā eadem ex cā via q̄dā in cęlo lata ⁊ alba apparet. Ma. Sane opi- Algazel de nature speculi. Stella

Galaxia naris. Nā is circul⁹ alb⁹: quē greci galaxiā: latini vero circulū lacteū appellant (γαλα q̄ppe lac significat) nō de natura elemētari vel vaporosa: vt quidā volebāt: sz de natura cęlesti existit: ⁊ qr cęteris cęli ptib⁹ densior/ iō fit luminosior. Dis. Cur aūt hęc pars sil'r ⁊ stellę in die nō pñt videri? Mag. Quia lumē maius (solis scz) obfuscat ⁊ minus obumbrat. ⁊ ob id etiā carbo ignit⁹ in die/ p̄cipue circa solis radios min⁹ aut q̄si nihil lucet. Ex his substātiā stellarū manifestā relinq̄m⁹. supest vt motū earundē breuit̄ pcurramus. Dis. Unde mouent̄ stellę? Ma. Stellę oēs mouent̄ ad motū sui orbis circularit̄: sicut pars ad motū toti⁹. Orbes aūt (vt multis placet) a suis formis substātialib⁹ mouent̄. Sed vt alijs videtur ab intelligētijs ꝓprijs rotant̄: ita vt etiaz primum mobile ab oim creatore inexhausti vigoris motore voluat̄. vñ Boetius: O q̄ ꝑpetua mundū ratiōe gubernas: Terrarū cęliq̄z sator q̄ temp⁹ ab ęuo Ire iubes/ stabilisq̄z manēs das cūcta moueri. Et Aristoteles xj. metha. numerū intelligētiarū ꝑm numeꝝ motuū venari attēptauit. Hinc pl'es moti vt cęlos aīalia dicerēt. vt Aristoteles scdo de cęlo ⁊ mūdo. Auerrois p̄mo cęli/ ⁊ libro de substātia orbis. Auicēna q̄nto naturaliū. Idē sensit plato ⁊ antiquoꝝ multi. Hęc quoq̄z q̄stio sū mos theologos nō mediocriter exercere solebat. vñ Augustin⁹ in Enchi. ca. 57. cū de discretiōe angelicę naturę nōnulla disseruisset/ subiungit: Sed nec illud quidē certū habeo: vtruz ad eandem societatē ptineāt sol ⁊ luna: ⁊ cūcta sidera: q̄zuis nōnullis lucida corpora esse nō cū sensu vel ītelligētia videant̄. Et de ci. li. 13. c. 16. Platonis de hac re sniam discutiēs subiungit: Et hoc q̄dem: vtrū plato verū de sideribus dicat/ alia q̄stio ē. Neq̄z em̄ ei cōtinuo cōcedēdū est: globos istos luminū siue orbiculos luce corporea sup terras seu die seu nocte fulgētes suis q̄busdam ꝓprijs animis viuere/ eisq̄z intellectualib⁹ ⁊ beatis. Uerūtñ cū sanct⁹ Hieronymus libros Periarchion Origenis cribaret/ inter cęteros errores dānabiles hunc quoq̄z in p̄mo libro Periarchion Origenē scripsisse testat̄. Uñ qd̄ sup Ecclesiasti. j. ca. recitat nō ꝑm propriā opinionē/ sed alioꝝ scz platonicorū ⁊ poetarū ponit: quorum testimonia adducit. In libro etiā d̄ cognitiōe verę vitę (qui a nōnullis sancto Augustino ascribit̄) de astris dictū ē: Qui ea rōnabilia vel saltem sensibilia corpora arbitrant̄/ iure sensu carentes inter irrationabilia computātur. Et Damasce. li. 2. Null⁹ animatos cęlos existimet. inanimati em̄ sūt ⁊ insensibiles. Cęteri itaq̄z (quorū etiaz auctoritas spernāda nō est) corpora cęlestia animata appellātes: aut ph̄orū opiniones recitabāt: aut qd̄ veritati ꝯtriū non est illud non per informationem/ sed assistentiam intelligūt. Astat em̄ intelligentia orbi quē mouet: sed nō informat: nec sensibilē intellectualemue reddit. Dis. Si igit̄ stellę per se nō mouentur: vnde est q̄ q̄nq̄z ꝓpinquiores/ q̄nq̄z ꝟo remotiores alijs fiūt? Mag. Oēs

Motus stellarum.

Boetius de consolatu li. 3. me. ix.

Aristoteles

Augustin⁹

Stelle animate nō sunt

Hieronymus ad auituz de erroribus origenis in periarchion

Idem de cognitione vere vite.

Damascen⁹

stellę firmamēti semp in eadē sunt distātia inter se: ideo fixę dicūt. verūtn ꝓpter motū renisionis firmamēti in q̄ sūt oēs stellę fixę: etiā q̄tū ad zodiacū nonę sphęrę/loca mutāt de gradu in gradū p signa ab occidēte in orientē. ꝓpter motū aūt trepidatiōis firmamēti/ n̄ semp ęque ab ęquinoctiali ⁊ polis mūdi distāt. Septē v̄o planetę qn̄q; sibijpsis: interdū vero stellis fixis cōiungunt. Ideo erraticę nominant: quia de stella ad stellā ꝓgredi quasi errantes cernūtur: qd̄ motu ꝓprio nō contingit: sed ad motū suoꝝ orbiū accidit. Si em̄ stella p se moueret/natura defecisset: q; stellę ad motū talē nō organa/nec figurā ꝯuenientē dedisset (cū figura sphęrica/ cuiusmodi stellę sūt motui ꝓgressiuo sit inepta) q̄d null⁹ vnq̄ naturaliū admisit. immo om̄es vna voce clamitāt: naturā in necessariis nō deficere: in supfluis nō abundare: nec q̄cq̄ frustra agere.

Stelle erraticę.

Stella per se nō mouetur.

De numero differētia ⁊ quantitate stellarum. Capitulum. XX. Dis.

Ex dictis numerū stellarū erraticarū ad septē redactum intelligo: sed an ne idem de stellis fixis a philosophis attentatum sit dubito. Mag. Attentatū quidē est a q̄plurib⁹ sed a nullo vnq̄ inuentū: q; nec oēs eas videri posse/ credendum est: inquit diuus Augustin⁹. xvj. de ciui. dei. Nā quāto q̄s acutius intuet/tāto pl'es videt. Un̄ ⁊ accerrime cernētib⁹ aliquas occultas esse merito ęstimat. Exceptis eis siderib⁹ q̄ in alia parte orbis a nobis remotissima oriri ⁊ occidere phibentur. Postremo quicūq; vniuersū stellarū numerū cōprehendisse ⁊ cōscripsisse iactātur: (sicut Aratus vel Eudoxius. vel si qui alij sunt: eos libri huius: (scz Gen̄. xv.) cōtēnit auctoritas. Un̄ ⁊ ꝓpheta regius dauid id solius dei esse/fideli carmine cecinit dicens. Qui numerat multitudinē stellarū ⁊ om̄ibus eis noīa vocat. Verūtamē inter om̄es magno conamine astronomi mille ⁊ vigintiduas notauere: atq; ī naturis descripsere: ⁊ easdem (q; quantitate inęquales sūt) sex differentijs separarunt. In prima itaq; differentia quindecim ponūt cęteris maiores: quarū q̄libet cōtinet terrā centies septies ⁊ fere sextam ei⁹ ꝑtē. In ordine scd̄o. 45. ponūt: quarū q̄libet terrā. 90. cōtinere dicūt. ⁊ paulo āpli⁹ vna ei⁹ octaua. In magnitudīe tertia 208. sūt: ⁊ q̄uis earū terrā. >o. ⁊ quasi vnā ei⁹ quintā cōtinet. In quarto ordine. 4>9. existūt: ⁊ harū q̄uis terrā. 54. cōprehēdit. In quinta differētia. 21>. reperiunt: ⁊ vnaquęq; harū terrā continet 35. In sexta ⁊ vltima differētia sūt stellę paruę numero. 49. terrā 18. magnitudine sua excedētes. Et p̄ter has sūt q̄nq; q̄ (q; obscure sunt) nebulę dicunt. post has sūt alię nouē obscuriores q̄ tenebrę appellant. quarū vna est oblonga tanq̄ cauda. Ex his claret q̄libet stellaꝝ fixaꝝ visu notabiliū terra ml'to maiorē. Hę vero q̄ntitates a geometris demonstratiōe certa asserunt inuētę. vt claret in astronomia alphragani.

Augustinus de ciui. dei li. xvj. ca. xxiij.

Aratus Eudroius ps. cxlvj. a

Numerus stellarum et differentię earundem

Stelle nebule itē tenebre

De celi imaginibus seu cōstellatiōibus. Capitulum. XXI. Mag.

Ex his firmamēti stellis astrologorū nōnulli imaginū quarundā lineamēta imaginati sūt. Nō tñ credendū eas in cęlo realiter actu existere: aut colorib⁹ tincta qualib⁹ depinguntur: sed ab effectib⁹ ⁊ situ earū ⁊ colores ⁊ nomia ipsis indiderunt. Et nomiatiores. 48. ponūt. quarū. 12. in zodiaco circulo: reliquas vero versus septētrionē ⁊ austrū describunt.

De imaginibus siue signis zodiaci ⁊ de situ ortu ⁊ occasu eorundē. Ca. XXII. Dis.

Aries
Taurus
Gemini
Cancer
Leo
Virgo
Libra
Scorpio
Sagittarius
Capricorn⁹.
Aquarius
Pisces

Quot sunt imagines zodiaci? Mag. 12. ex stellis p̄fatis. 1022. firmamēti. 346. cōtinētes. haꝝ nomia sūt. Aries: q̄ i ꝯiunctiōe zodiaci ⁊ ęquinoctialis positus dorsū habet ad boream. caput ei⁹ cōuertit̄ ad ortū. oritur a capite ⁊ occidit pedibus. Taurus ecōtra caput habet occidētale depressum/ quasi ad terrā deflectere videat̄. Hic auersus orit̄ ⁊ occidit. Gemini capita habēt ad boreā. iunctisq; dorsis hinc inde mēbra distendūt ipsi inuicē: vt cōplexi mutuo se tenēt. oriuntur iacētes: ⁊ occidunt a pedib⁹. Cancer pedes versus vtrūq; polū porrigit: leonē respicit venter ei⁹ terrā versus porrigit̄. orit̄ aūt ⁊ occidit a posteriore corporis p̄te. Leo respicit cancrū: dorsum ad boreā habet. a capite oritur ⁊ occidit. Virgo caput habet post leonē. dextera manu tangit circulū ęquinoctialē: q̄ ⁊ spicas tenet. orit̄ ⁊ occidit a capite. Chele siue libra (q̄ prima pars scorpiōis est. nā chaldęi vndecim tm̄ zodiaci ponūt imagines) lances duas habet: quaꝝ vna borealis/ altera australis d̄r. Scorpio virginē respiciēs/ pedes versus vtrūq; polū porrigit: caudā reflectit versus boreā. vētre ei⁹ respicit terrā. orit̄ rect⁹: ⁊ occidit curuō corpe. Sagittari⁹ q̄ et chiron caput/ h3 v̄sus boreā: respicit scorpionē. sagittā ⁊ arcū tenet: arc⁹ tangit manū sinistrā ⁊ pedē sinistrū. rect⁹ orit̄: ⁊ p̄ceps occidit. Capricornus q̄ ⁊ ęgoceros/ dorsū h3 versus boreā: caput versus sagittariū: sed ꝯuersum versus aquariū. orit̄ direct⁹: ⁊ occidit p̄ceps. Aquari⁹ caput habet v̄sus boreā: manū sinistrā extēdit supra dorsū capricorni: ⁊ dextera effundit aquā vrna/ q̄ vsq; ad pisces decurrit: ⁊ ad ortū tēdit. orit̄ ⁊ occidit caput p̄us cęteris mēbris. Pisces duo sūt. dorsū primi boreale: dorsū secūdi versus brachiū andromedę occidētale. vn⁹ aquariū/ alt̄ boreā respicit. Et int̄ ipsos lineola q̄dā est q̄ q̄si vinculo alligant̄ int̄ caudas amboꝝ. Inferior p̄s orit̄ et occidit. Et si zodiaci signa ęqualia sint. 30. scz graduū in lōgitudine ⁊. 12. in latitudine: vt dictū est: tñ imagines istę nō oēs ęquales sūt. Quędā em̄ extra zodiacū p̄tendunt̄. ⁊ quędā longitudinē 30. graduū excedūt. vt in Alfonsi tabulis lucidi⁹ deprehendes.

De imagib⁹ septētrioalib⁹. Ca. XXIII. Dis.

Septētrionē versus quot describūtur? Mag. 21. de p̄fatis
s 1022. stellis fixis. 360. cōtinētes. Harū noia sūt. vrsa minor: q̄ cynosura. vrsa maior siue arctos. draco medi⁹ inter ambas vrsas. Cepheus. Cassiopeia. Corona. Hercules. Vultur cadens. Pleiades/siue gallina. arctophilax siue Bootes: ⁊ qn̄q̄ Arctur⁹ dr̄. Perse⁹ cū capite Gorgōis. Auriga/siue agitator. Anguitenēs. Anguis. Sagitta siue iaculū. Aq̄la siue vultur volās. Delphin. Equ⁹ prim⁹. Equ⁹ secūd⁹. Adromeda. Triangulus.

De imaginib⁹ australib⁹. Ca. XXIIII. Ma.

Reter has sūt alię extra zodiacū Austrū versus porrectę.
p Dis. Et quot sūt? Ma. Sūt quīdecim de stellis fixis p̄dictis. 36. cōtinētes. videlicet. magn⁹ Cetus. Orion gladio succinctus. Eridani fluui⁹. Lepus. Canis minor siue canicula. Canis maior. Argos nauis. Ara. Crater. Coru⁹. Chiron siue Centaurus. Hydra. Turribulū. Australe sertū. Piscis australis. Haꝝ oīm dispositiōes ac situ enumerare/ epitomatis lege ꝓhibemur. Sed de his si iubet in Arato / Hyginio d̄ sideribꝫ: ac tabulis Alfonsi/ cęterisq̄ legere potes. Nā ibidē earū dispositiōes/ situm et numerū stellarū ex quibꝫ sunt: ⁊ harū stellarū magnitudines et nomina clarius reperies. Cūq̄ auctores in noībus ⁊ figuratiōibꝫ imaginū diuersos repies: memēto qd̄ a p̄ncipio monui: nō eas esse in cęlo naturali cōditione: sꝫ ꝓ libitu vnniucuiusq̄ effigiatas.

Aratus
Hyginius
Alfonsus

Dis. Missa igit̄ hęc faciam⁹: ⁊ de signorū ortu ⁊ occasu/ qm̄ pauca supra tetigisti/ si q̄ alia habes in mediū feras.

De signorū ortu et occasu vt est apud poetas: Capitulum. XXV. Mag.

Signorū ortus ⁊ occasus/ legēti scripta sapiētū multiplex
s occurrit. aliter em̄ loquūtur poetę: ⁊ aliter astronomi de signorū ascēsu ⁊ descensu. Apud poetas nā q̄ ortus signorū sil'r ⁊ occasus repit̄ tripertit⁹. Cosmicus scꝫ/ chronic⁹/ ⁊ eliac⁹.

Signorū ortus ⁊ occasus



Dis. Cosmic⁹ ort⁹ q̄s dr̄? Ma. Ort⁹ cosmic⁹/ quē latine mūdanuꝫ dicere possum⁹: ē ascēsus signi vl' stellę in oriēte de die. Attamē signū in q̄ sol est/ antonomasice cosmice dr̄ oriri. De hac Vergili⁹ ī georgi. oñdens tp̄s satiōis fabarū/ dicit: Cādid⁹ auratis apit cū cornibꝫ annū Taur⁹: et aduerso cedens canis occidit astro. loq̄tur aūt h̄ de cane ī scorpiōe/ ⁊ nō in leone cōstituto. Occasus aūt cosmicus: ē occasus signi oꝓpositi

Vergilius





ti signo in q̃ sol cosmice orit̃. hui⁹ exemplũ ẽ apd̃ Uergi. vbi supra/docentẽ tp̃s seminãdi frumentum. Ante tibi eoę atlantides abscondantur Debita q̃z sulcis cómittas semia. Sũt aũt atlantides siue pleiades stellę in tauro: q̃ scorpione i autũno oriẽte occidũt. Dis. Ortus Chronic⁹ q̃s est? Mag. Ortus Chronicus/ quẽ latine temporalem dicim⁹: ẽ ort⁹ signi vel stellę in oriente post solis occasũ. De isto loq̃tur Ouidi⁹ de Põto: cõquerẽs morã exilij sui dicẽs: Quattuor autũnos pleias orta fecit. Dis. Si dicta dictis cõparẽ/ ꝯria vident̃. Nã antea apud Uergiliũ pleiades in autũno occidere: iã vero eas (Ouidio teste) in autũno reperio oriri. Mag. Hęc sane pensata pñt simul esse vera. vt scz occidãt cosmisce: vt apd̃ Uergiliũ ẽ. ⁊ oriãt̃ chronice: vt Ouidius voluit. Quod quidẽ vno die euenire põt: vt scz in solis occasu pleiades in oriente chronice ascendãt: ⁊ rursus circa solis ortũ in occidente cosmice descẽdant. Dis. Hunc nodulũ solutum fateor: Chronicũ occasũ ostende. Mag. Occasus chronicus/est signi vl̃ stellę oppositę signo vl̃ stellę chronice orienti. vt apud Lucanũ: Tunc nox thessalicas vrgebat parua sagittas. Dis. Eliacus ort⁹ q̃ est? Ma. Ortus eliacus siue solaris est exitus signi vel stellę de subradijs solarib⁹: sub q̃b⁹ ante videri nõ poterat. vt apud Ouidiũ de Fastis: Jam leuis obliqua sb̃ sedit aquari⁹ vrna. ⁊ Uergil̃. in georgi. Gnosia q̃z ardentis descendit stella coronę. q̃ cum iuxta scorpionẽ sit/ sole ibidẽ exñte videri nõ poterat. Occasus aũt Eliacus/ẽ ingressus signi vl̃ stellę ad solis radios. vt in exẽplo p̃misso. Taur⁹ et aduerso cedens canis occidit astro. ⁊ pl̃a his similia de h̃ triplici ortu ⁊ occasu apd̃ poetas sũt: q̃b⁹ breuitatis cã p̃termissis/de ortu ⁊ occasu signoꝝ ad mentẽ astronomoꝝ loquamur.

Uergilius

Ouidius

Lucanus

Ouidius

Uergilius



De ortu et occasu signorũ scd̃m astronomos. Capitulum. XXVI. Dis.

Respectu cui⁹ astronomi signorũ ortũ ⁊ occasum ꝑpẽdũt? Ma. Respectu ęquinoctialis ⁊ rectitudinis ⁊ obliquitatꝫ sphęrę. Dis. Id manifesti⁹ eloquere. Ma. Equinoctialis tã in sphęra recta q̃z i obliqua sp̃ vniformit̃ ascẽdit. i. tp̃ib⁹ ęqualib⁹ semp̃ ęquales arcus de ęquinoctiali ascẽdũt. Zodiacus vero i vtraq̃z sphęra difformit̃ perorit̃. Nã i tp̃ib⁹ ęqualib⁹ nõ semp̃ ęquales arcus de ip̃o ascẽdũt: nec ascẽsiões partiũ zodiaci ęquant̃ ascẽ-

sionib⁹ partiũ ęquinoctialis: sed aut minores/aut maiores sũt. et ob id Astronomi signa q̃dã recte: q̃dã vero oblique oriri ⁊ occidere dicũt. Recte quidẽ signũ orit̃ vel occidit/cũ quo maior ꝑs ęq̃noctialis orit̃ vel occidit. vñ Cãcer Leo Virgo Libra Scorpio Sagittari⁹ recte oriũtur: ⁊ Capricorn⁹ Aquari⁹ Pisces Aries Taurus Gemi recte occidũt. Obliq̃ ãt signũ oriri vl̃ occidere aiũt: cũ quo minor ꝑs ęq̃noctialis orit̃ vel occidit. vñ ꝑdicta sex recte oriẽtia/oblique occidũt: ⁊ illa tardi⁹ oriunt̃ q̃ꝫ occidãt: ⁊ sex recte occidentia oblique oriunt̃: ⁊ hęc ocyus oriũtur q̃ꝫ occidãt. Quod q̃dẽ facillime deprehendes: ⁊ oculorũ iudicio cõprobabis: si sphęram ex pręmemoratis circulis cõpactã inter fixa horizonta circũduxeris. Certi⁹ aũt q̃ꝫtũ ad graduũ supputationẽ hęc in reuolutiõe rętis astrolabij demõstrant̃. nã et ꝑ hanc ꝓportiones ascensionũ q̃rtarũ zodiaci ⁊ ęquinoctialis in vtraq̃ sphęra facile cognosces. sic et nõnũq̃ꝫ maiorẽ partẽ ęquinoctialis q̃ꝫ zodiaci semꝑ oriri inuenies. vel econuerso. ⁊ tñ has quartas simul oriri cõperies. vti ĩ q̃rta q̃ est a principio cãcri vsq̃ in finẽ virginis videre licet. Similit̃ signa opposita in ascẽsionibus ęqualis inuenies. Nũc dieꝝ ⁊ noctium diuersitatẽ edicere hoĩbus scd̃m variũ sphęrę situ contingẽtẽ/conabor. Dis. Optime. necessaria em̃ vident̃ hęc ⁊ scitu digna.

Oblique orientia et occidentia

Signa recte orientia et occidentia

De diuersitate dierum et noctium

Capitulũ. XXVII. Disci.

Dies et nox artificialis

Ad horũ vero intelligentiã scire oꝑ̃ꝑreciũ est astronomos duplicẽ distinguere diẽ: artificialẽ scꝫ ⁊ naturalem. Id tẽpus qd̃ ab ortu solis vsq̃ ad occasum ẽ/diẽ artificialẽ: et id tempus qd̃ a solis occasu vsq̃ ad ortũ eiusdẽ ẽ/noctẽ artificialem appellãt. Et vtrũq̃ in ꝑtes. 12. ęquales diuidũt: quas horas planetaꝝ vocãt. quarũ diurnę a solis ortu/noctunę ꝟo a solis occasu initiũ sumunt: ⁊ quotidie in quãtitate/longitudine videlicꝫ ⁊ breuitate variant̃: scd̃m ꝙ tempus inter ortum ⁊ occasum solis nunc multũ/nũc paruũ reperit̃: ꝓpter signorũ tarditatem ⁊ velocitatem in ascensu in q̃bus sidus orit̃ ⁊ occidit. Dies autem naturalis est reuolutio ęquinoctialis circa terrã semel: cũ tanta ꝑte zodiaci quanta interim sol ꝑtransit motu ꝓprio contra firmamentũ.

Hore planetarum

Dies naturalis.

Dis. Quãto tꝑe autẽ ęquinoctialis reuoluit̃ semel circa terraꝫ?

Mag. in. 24. horis fere. hoc est in die ⁊ nocte artificiali. Dis. ⁊ ita oẽs naturales sunt ęquales. Mag. ꝓbe: si tm̃ ęquinoctialis motũ attendis. Si aũt motũ solis ꝯtra firmamentũ aniaduertas cuius temp⁹ tꝑi reuolutionis ęq̃noctialis addendũ est: dies naturales inęquales erũt. Dis. Ob quã causam? Ma. qꝛ (vt dictũ est) ꝑtes zodiaci nõ ęqualiter ascẽdũt. q̃dam em̃ tardi⁹: q̃dam ꝟo citius emergunt ꝓpter obliq̃tatẽ. Cum igit̃ sol motu ꝓprio omnes has partes ꝯ firmamentũ peragret: qñq̃ in ꝑte zodiaci velocius/qñq̃ vero in ꝑte zodiaci tardius ascẽdẽti reꝑitur. ⁊ ita cũ tempus

Inequalitas diei naturalis.

harũ ascẽsionũ inequale sit/dies naturales quarũ hec tpa ptes sũt inequales esse necesse ẽ. Hãc inequalitatẽ nõ vulg⁹ pcipit/sz astronomi in suis calculatiõib⁹ attẽdũt. Dis. sane intelligo. Sz vnde fit ꝙ tps inter solis ortũ ⁊ occasũ (qđ diẽ artificialẽ nomĩasti) inequale sit/latius ostedas. | Mag. Hoc ex vario solis ꝑ signorũ gradus motu ꝓuenire ĩtelligas. Sol nãqz a principio capricorni vsqz ad cãcri initium 82. parallelos siue spiras describit: inť q̃s medi⁹ equinoctial' est: vltimus ṽo tropicus cancri: ⁊ prim⁹ tropicus capricorni. a q̃ descendẽs vsqz ad finẽ sagittarij alios. 82. parallelos describit: q̃ dierũ naturaliuz circuli appellantur. Cęteri planetę huiuscemodi parallelos mltiplicãt scđm numerũ dieruz quibꝫ zodiacũ ꝑagrãt. Patet igiť ꝙ planeta nũqz ex eo loco vnde pridie ortus est eleuatur. Descripti paralleli ab horizonte diuidunť. Arcus supra horizonte relicti dierum artificialium: arcus aũt sub horizonte noctiũ artificialium appellantur. Hi autẽ habitantibus sub equinoctiali ĩ sphęra recta semper equales sũt. nã horizon eorũ ꝑ polos mundi transit. His autem quorũ poli supra horizontẽ eleuanť/inequales fiunt. equinoctiali dempto q̃ vbiqz in duo equalia ꝑ horizonta diuidiť. Ob id cum sol ipsum describit/in oĩm terra equinoctiũ est. q̃ omnia quia luce clarius oculis sphęricũ corpus inspicientibꝫ appareant/missa facio. Unũ tñ adijciendũ apprime necessariuz duxi: ꝙ in oĩ die artificiali siue longa/siue breui sena signa superstãt: totidemqz delitescunt. Similiter in qualibet nocte. Dis. quõ hoc fieri possit lucidius demonstra. Nam cũ omnia signa in longitudine ⁊ latitudine sint equalia: plura in multo tpe/pauciora vero in pauco tpe oriri existimo: aut dies noctesqz oẽs pares esse debere. Mag. Bene quidem. qm̃ nec signoruz equalitas/nec motus irregularitas: sed difformitas siue ascensus siue descensus inequalitas diuersitatem hanc causat. Uñ in superioribus dictũ est: quędam directe/quędã ṽo ascendere oblique. Ea autẽ q̃ directe ascendunt in ortu suo/minus tpis habebũt. Cancer quippe vbi oriť horis. 2. ⁊ quarta parte: occidit hora. 1. ⁊ deunce. Leo vero oriť horis. 2. ⁊ tertia ꝑte: ⁊ occidit hora. 1. ⁊ semis ⁊ sexta. Virgo oritur horis. 2. semis et sexta parte: occidit hora. 1. ⁊ tertia parte. Libra oritur horis. 2. ⁊ semis ⁊ sexta parte: occidit hora. 1. ⁊ tertia parte. Scorpio oritur horis. 2. ⁊ tertia parte: occidit hora. 1. ⁊ semis ⁊ sexta ꝑte. Sagittarius oriť horis. 2. ⁊. 10. ꝑte: occidit hora. 1. ⁊ deunce. Signa opposita opposito mõ oriũť ⁊ occidũt. Uñ quãtũ tps est ort⁹ cancri/tantum est occasus capricorni signi oppositi. ⁊ occasus cancri oñdit ortũ capricorni, ita ĩ reliq̃s pariformiť. Ex q̃ facile ꝯcludiť: in ma-

Inequalitas diei artificial'



Signorum ortus et occasus.

xima die oīa signa directe ascēdētia ⁊ in nocte eiusdē (q̄ necessario est minima) oīa obliq̄ ascēdentia oriri. ꝑ oppositu3 de die minima ⁊ ei⁹ nocte (q̄ maxīa ē) oꝑtet ītelligere. In vtroq3 aūt ęq̄noctio tria directe ⁊ tria obliq̄ ascēdētia oriunt̄ tā in die q̄3 in nocte. S3 hęc lucidi⁹ demōstratiōe oculari in sphęrico corꝑe aut astrolabio pn̄t videri/diuerse ī diuers̄ climatib⁹. Nūc calam⁹ ad cęlū septimū festīat

De celo. VII. qd̄ saturni ē. Ca. XXVIII. Dis.

Oeli septimi dispositionē ⁊ motū describas. Ma. Cęlū septimū (cū sit figurę sphęrice) suꝑficie sua cōuexa suꝑficiei cōcauę octauę sphęrę ꝯiūgit̄: ⁊ in orbes tres abīuicē diuisos ⁊ cōtiguos partit̄. In q̄rū medio orbis q̄rt⁹ ⁊ ꝑu⁹: cui planetę corꝑ⁹ infixū collocat̄. ⁊ ē epiciclus. Orb̄ suꝑior cęli septimi s̄m Septētrio vel Aquilo.



Meridies vel Auster.

Deferens augem saturni.

Deferens saturnum

ſupficiē ꝯuexā mūdo ꝯcētric⁹ ē: ſm ꝯcauā aūt ecētric⁹ ē. Inferior aūt ecōuerſo/ſm ſupficiē ꝯcauā ꝯcētric⁹ ē: ſm ꝯuexā ꝟo ecētricus ꝯſpicit. Et hi duo orbes augē ſaturni deferētes nominātur: eo ꝙ ad motuꝫ eoꝝ aux ſaturni variet. Inter hos terti⁹ orb includit: q̄ ſm vtrāq; ſupficiē ecentric⁹ eſt: ⁊ deferēs ſaturnū appellari ſolet: qꝛ in ipſo orbis paruus (cui ſaturni corp⁹ infixum eſt) defert. Hoꝝ orbium figurationē in ꝑeffigiata poteris videre deſcriptione.

Nūc motus eorūdem deſcribamus. Hoc cęlum totum in die naturali ab oriente per occidētem: rurſuſq; ad orientem raptu ꝑmi mobil' fertur. Sed quo ad orbes ꝑticulares q̄s cotinet nō ęqualiter mouetur. Orbes em̄ ſuperior ⁊ inferior (quos augem ſaturni deferentes appellauim⁹) ſup axe ⁊ polis eclipticę octauę ſphęrę ad motū eiuſdē ꝓportionabiliter mouētur/in ducētꝫ. ſ. annis vno gradu ⁊. 28. minutꝫ fere. Ita vt ſp ꝑs ſtrictior ſupioris ſit ſupra latiorē īferioris: ne corpoꝝ penetratio/aut vacui admittat poſitio.



Orbis ꝟo medi⁹ (q̄ deferēs saturni ē) sup̄ axe ꝓprio axē zodiaci siue eclipticę secāte/ꝟm successionē signoꝝ mouet̄ duob⁹ minutis fere q̄tidie. Et poli ei⁹ a polis zodiaci distāt: distātia tñ inęq̄li. axis em̄ hui⁹ orbis axem zodiaci nō in medio seu centro secat: ꝓpter ecētricitatē. Uñ etiā sup̄ficies deferētis a sup̄ficie eclipticę inęqualiter diuidit̄: ita vt portio maior in q̄ sp̄ ē aux ꝟsus aq̄lonez: minor aūt in qua sp̄ ē oppositū augis versus austrū relinquat̄. Simile fit in ioue ⁊ marte. Ex quo claret axem polos ⁊ cētrū huius orbis circa axē polos ⁊ centrū orbiū augē deferētiū siue eclipticę circūferētias paruoꝝ circuloꝝ sup̄ficiei eclipticę ęquedistātes describere. ⁊ hoc ꝓpter motū orbiū deferētiū: quē virtute octauę sphęrę habēt. vt hęc p̄effigiata admonet d̄scriptio. Epiciclus ꝟo duplici mouet̄ motu: in lōgitudinē scz ⁊ latitudinē. Dis. Qualiter in longitudinē? Ma. Sup̄ cētrū suū corp⁹ Planetę sibi infixum in parte sup̄iori ꝟm successionē: in p̄te vero inferiore cōtra successionē signoꝝ portans. Ob id planeta in parte sup̄iori direct⁹/in parte ꝟo inferiori retrogradus dicit̄. In ascēsu vero vl' descēsu stationarius appellat̄. nō qꝛ stet: sz nobis stare videt̄: cū tūc nō antrorsum vel retrorsum/sz vel deorsum aut sursum ꝓcedat. quēadmodū sagittā sursum emissam q̄si stantē in aere dicim⁹/cū directe ascēdit aut descēdit. Et hoc in oībus epiciclū habētib⁹ cōsiderat̄. In luna ꝟo ꝓpter velocē motū nō aduertit̄: ip̄a tñ in sup̄iore parte epicicli tarda cursu/in inferiori vero velox cursu dicit̄. Centrū vero epicicli nō sup̄ centro deferētis mouet̄: sz sup̄ quodā puncto in linea augis/tātū a cētro deferētis distāte/quātū hoc centrū a centro mūdi elongat̄. Et hic pūctus centrū ęquātis est. Et circulus sup̄ eo ad quātitatē deferentis in eadē sup̄ficie descriptus siue imaginat⁹/ęquās noīat̄: eo ꝙ motū centri epicicli regulare ⁊ ęquare habeat. Ipsum quoqꝫ in p̄cedēti reperies descriptione. Dis. Ne nominū me fallat obscuritas/q̄d sit aux ⁊ linea augis ostende. Ma. Aux siue apogiū planetę: punctus est deferētis/maxīe a cētro terrę distās Punct⁹ vero maxime centro terrę propinquus oppositum augis siue perigiū. Linea vero p̄ hos pūctos ⁊ cētrum terrę trāsiēs/linea augis a nostris astrologis appellatur. Hoꝝ aūt singuloꝝ descriptiones post cęloꝝ explanationez subiūgemus. Nūc qd̄ cępimus ꝓsequamur. Dis. Qualiter mouet̄ epiciclus in latitudinē? Magi. Epiciclus in latitudinē mouetur respectu augis verę/super axe suo centrū eius ⁊ longitudines medias trāseūte. Et hic axis dū cētrum extra nodos capitis ⁊ caudę. i. intersectionis sup̄ficierū deferentꝫ ⁊ eclipticę fuerit: sup̄ficiei eclipticę ęque distabit. Saturn⁹ (qui ⁊ phęnon) in triginta annis totū p̄currit zodiacū: ⁊ ꝯtinet terrā. 91. vicib⁹. ⁊ vnā ei⁹ octauā.

Motus orbis deferetis Saturnum



Motus epicicli in longitudinē

Aux Oppositum Augis Linea augis

Motus epicicli in latitudinem.

Motus et q̄ntitas Saturni

De celo sexto qđ ē Jouis. Ca. XXIX. Ma.

s Extū qđ sequitur cęlum Jouis est: eo q̄ pręter Jouis stellam nullā aliā in se habeat. Est aūt cęlo Saturni cōtiguū ita scz/vt superficies eius cōuexa/concauā cęli Saturni cōtingat. Dis. Est ne etiā in plures orbes distinctum? Ma. Est: ꝛ quēadmodū cęlum Saturni: quo ad figurationē ꝛ ecentricitatem. Totū aūt quotidie motu primi mobilis ab oriente p occidentem/rursus q̄z in orientē rapitur. Orbes vero augem deferentes (vt orbes Saturni) in ducētis ānis vno gradu ꝛ.28. minutis fere ad motū octauę sphęrę mouenk: nec in figuratiōe/aut motu epicicli ī hoc ꝛ p̄cedenti cęli diuersitas notak. Deferēs vero Jouis super axe ꝛ polis p̄prijs (sicut dictuz est de Saturno) circūducik. Est tñ motꝰ hui⁹ motu saturni velocior. Mouek nāq̄ iupiter (qui ꝛ phęton) quotidie. 5. minutis fere. Et sic zodiacū in annis ferme duodecim percurrit. Continet autē iupiter terrā fere. 95. vicibus.

Motus orbium deferētium augē. Jouis

Motus ꝛ q̄n tas Jouis

Motus deferentis Jouis.

De celo q̄nto qđ ē Martis. Ca. XXX. Ma.

c Celū q̄ntū in descensu Martis ē: nā in ipso solus Mars rotak: cęlo sexto cōtiguū est: ꝛ sub eo locatur quēadmoduz sextum sub septimo. in totidemq̄ orbes diuiditur ꝛ mouetur: ꝛ eisdē motib⁹ quib⁹ cęlū saturni aut iouis. Similr ꝛ orbes ei⁹. deferente dēpto. qui similr sup axe p̄prio ꝛ polis p̄prijs (vt deferēs saturni aut iouis) reuoluitur: velociꝰ tñ. Mouek eñ quotidie. 30. minutis fere. totū q̄z zodiacū in duob⁹ ferme annis et. 5. mēsib⁹ per currit. Mars (qui ꝛ ares/quem ꝛ pyroin nomināt) cōtinet terram semel ꝛ dimidiā ꝛ eius partem vndecimā ferme.

Motus deferentis Martem

Motus ꝛ q̄n titas martis.

De celo quarto qđ Solis ē. Ca. XXXI. Bis.

c Celū quartū qualiter est dispositū? Mag. Cęlū quartum qđ solis est (qm̄ in eo sol mouetur) in superficie concaua cęli Martis cōtinetur: ꝛ in tres orbes particulares diuidik: duos scz augem deferētes: ꝛ ip̄m deferentem solare corpus. Equantem aut epiciclum nō habet. Dis. Quomodo hoc cęlum mouetur? Mag. Quēadmodū superiores motu raptus ab oriente per occidentē redeūdo in orientē in. 24. horis ad motū primi mobilis. Orbes vero augem deferentes eisdē mouentur motibus quibus ꝛ orbes/auges saturni iouis ꝛ martis deferētes. Deferēs autē solis super polis ꝛ axe p̄prijs ꝛm successionē signorū ab occidente scz versus orientē/quotidie quinquagintanouē fere minutis et octo secundis circumfertur. Et ita sol totum zodiacum in 365. diebus sex horis ferme peragrat: nobisq̄ annuz complet. Sex autem horę quater collectę diem integrum cōstituunt: qui eū sua nocte viginti quattuor horis constat. quez necesse est eē: interscalari excurso quadriennio: quod bisextum vocant. ne tēporū

Motus deferentiū solem.

Annus

Bisextus.



Augustinus ordo turbet. vt ait diuus Augustinus de trini. lib. iiij. c. iiij. Veruz de quātitate anni solaris pręcisa nondū omnes cōcordant. sed de hoc alias. Huius āt motus axis per centrū deferentz trāsit: ⁊ axi eclipticę quę est axis augem deferentiū ęque distat, hinc poli eius a polis eclipticę tātū distant quātū centrū deferentis deest a cētro mūdi siue eclipticę. Necesse est igitur vt poli axis ⁊ centrū deferentis circa axim polos ⁊ centrum eclipticę circūferētias paruoꝝ circulorum describāt: quoꝝ semidiameter est ad ecentricitatis quātitatem. cuius theoricam hic vides. Aux vero solis a superficie eclipticę nunq̄ declinat: sed semp directe in ea voluitur. In alijs aūt oib⁹ aux nōnunq̄ a supficie versus austrū aut septētrionē declinādo mouet. Ob qđ cęteri planetę oēs qn̄q̄ meridionales aut septētrionales dicūt. Cōtinet aūt sol terrā cēties sexies ⁊ sexagies: insup ⁊ tres terrenę molis octauas. Huic sil'r ⁊ lunę tāq̄ sideribꝫ Quantitas solis

notioribus diuersitas gentium innumera vocabula sociauit.

De Celo tertio qđ est Veneris. Capitulum. XXXII. Discipulus.

Tertij cęli dispositionē in mediū feras. Mag. Tertiū cęlum qđ Veneris est: nam in ea sola venus rotatur: in superficie concaua cęli solaris continetur. Insuper ⁊ in orbes ꝑticulares (quēadmodū Saturni Jouis aut Martis cęlum) ꝑtitur. Circūfertur aūt hoc cęlū totū. vt ꝑdicti in. 24. horis semel ab oriente per occidētē in orientē redeūdo per primi mobilis motum. Sed orbes eius augem deferētes sup axe ⁊ polis zodiaci ad motū octauę sphere circūducunt: vti in alijs supra visum est. Orb vero epiciclum huiꝰ deferēs duplici mouet motu. vno quidē ab occidente versus oriētē: q̄ est in longitudinem sup centro ęquātis. Eodem aūt tpe vnā cōplēt reuolutionē centrum epicicli/ veneris ⁊ solis deferens. Alio vero motu mouet in latitudinem declinando. s. ab ecliptica. ⁊ medietas in qua epiciclus est/ semp versus aquilonem: reliqua autē versus austrum relinquitur. Aux tamē deferentis quādoq; ad austrum: quādoq; ad aquilonē declinat. Hic motus fit super polis ꝓprijs qui sunt in intersectionibus deferentis ⁊ ęquantis. Hic motus deuiationis dici solet: ⁊ est minutoꝝ decem in mercurio aūt minutoꝝ. 45. cū centrū epicicli est in auge vel opposito deferentis. Nā in intersectionibꝰ dictis est nulla: in locis autem intermedijs crescit ⁊ decrescit. Verūtamē nec hic motus: nec is quē inclinationis vel declinatiōis dicūt sensibilē motui lōgitudinis errorē faciūt. vt colligit libro. 13. Almagesti. Quapropt polos super quibꝰ primus deferētis motus fit/ a polis zodiaci recedere rursusq; ad eosdez accedere necesse est. Ob id nōnullis visū est: vnum alium orbem ꝑdictos oēs includentē/ ⁊ mundo cōcētricuz ponere: ad cuius trepidationis motū hę deuiationes deferētis fierent. Dis. Epicicli vero qualis est motus? Magi. Epiciclus veneris (sicut ⁊ dictorum) in longitudinē mouetur ꝑm successionē signoꝝ: ⁊ in decē ⁊ nouē mensibꝰ solaribꝰ fere semel reuoluit. In latitudinem vero mouet motu duplici. Uno quidem vt epicicli dictoꝝ: quo vna epicicli medietas versus austrum: reliqua vero versus aquilonē a deferente declinet. Ideo hic motus inclinationis siue declinationis đr: q2 diameter augis verę ⁊ oppositi epicicli a supficie deferētis declinat: ⁊ eā secat. Hęc declinatio maxima est circa nodos/ vbi deferens ⁊ ęquans se intersecāt: ⁊ nulla in auge vel opposito ęquantis. Uñ centro epicicli ab auge ęquantis recedente vsq; ad oppositū eiꝰ/ aux epicicli versus aq̄lonē declinare incipit: ⁊ oppositū augis epicicli versus meridiē. Rursum cētro epicicli ab opposito augis ęquātꝫ recedēte/ aux epicicli ꝟsus meridiē: ⁊ oppositū eius versus astrū declinare incipit: donec cētrū epicicli

Orbis lunaris motꝰ duplex.

Motus deuiationis

Almegestus

Motus epicicli.

Motus inclinationis

ad augē ęquātꝫ venerit. Oppositū fit ī mercurio. Ex his ptꝫ: ꝙ cū deuiatio deferētis est maxīa/epicicli declinatio est nulla: ⁊ ecōtrario. Reliquo ꝟo motu (q̄ reflectōis ꝺr) sup axe ꝑ epicicli augē ⁊ oppositū trāseūte reflectit: ita vt pars epicicli dextra ꝟsus austrū/sinistra aūt versus aq̄lonē a supficie deferētis moueat. Dextrā dico/q̄ post augē epicili est ꝟm signoꝝ successionē. Reflectio hęc nulla est centro epicicli existēte circa dictos intersectiōis nodos deferētis ⁊ ęquātis. ipso ꝟo recedēte ab ea intersectiōe q̄ caput ꝺr/versus augē ꝑs sinistra siue oriētalis in venere ad aquilonē/in mercurio ad austrū reflectit: recedēte aūt cētro epicicli a cauda versus oppositū augis equātis/dicta medietas in venere ad austrū ⁊ in mercurio ad aquilonē reflectit. Dis. Ex dictis colligo q̄druplicē epicicli motū. Primꝰ: quo mouet in lōgitudinē ab occidēte versus orientē/portās in ꝑte supiore planetā directe ab occidente ad orientē ꝟm signoꝝ successionē. s. de ariete in taurū: de tauro ī gemini ⁊ sic de alijs. In inferiore āt parte retrograde ipsū planetā ab oriēte ꝟsus occidētē ꝯ successionē signoꝝ deferēs. Secūdus: quo ad deuiationē deferentis in latitudinē nūc ab ecliptica/nūc ad eā declinat. Tertius: quo ꝑ se a supficie plana deferentis planetaꝫ versus ecliptica/aut ad eādē inclinat. Quartꝰ quo pars oriētalis nūc ad austrū/nūc ad aquilonē reflectit. Mag. Hic epilogus te ⁊ diligenter auscultasse/⁊ nō parū in theorematibꝫ astronomię ꝓfecisse indicat. Lucide equidē epicicli motū nō oībꝫ intelligibilē explanasti. Axes dictoꝝ motuū enumera. Dis. Axis primi motus/polos suos versus austrū ⁊ aquilonem ꝓtendit. ⁊ axi ecliptice quandoq̄ ęque distabit: tūc scilcꝫ cū declinatio ē nulla. cū vero declinat epiciclus ab eclipica: ħ axis ī vna parte ab axi ecliptice eleuatur/⁊ in altera ad eā descendit. Motus deuiationis proprium axē non habet: quia fit ad deuiationeꝫ deferentis. Axis autem inclinationis siue declinationis axim motus longitudinis ortogonaliter secat ⁊ longitudines medias epicicli trāsit. Ideo poli eius orientem et occidentem versus protendunt. ⁊ semꝑ dū centrū

Motus reflectionis.

Motus epicicli quadruplex.

Axes motuū epicicli.



epicicli extra intersectiões ęquātis ⁊ deferētis fuerit/hic axis sup-
ficiei eclipticę ęque distabit. Axis ṽo reflectiōis ortogonalit' ꝑ in-
tersectionē duoꝝ dictoꝝ axiū trāsit: ⁊ polos suos versus augem ⁊
oppositū augis epicili ꝓtēdit. Patet itaq; quō hi tres axes in cen-
tro se intersecāt: quēadmodū tres lineę ꝑ logū latū ⁊ ꝓfundū cor-
ꝑis trāseūtes: ꝑ quas differētias positiōis designamus. Apparet
etiā axem reflectiōis sup axi declinationis inclinari: ⁊ axem decli-
natiōis sup axi reflectionis reflecti: Insup ⁊ hos ambos si in epici
clo fixe essent/sup axe lōgitudinis circulariter rotari. Uerūtn̄ qua
driptit⁹ hic epicicli mot⁹ tm̄ in venere ⁊ mercurio repitur. nā in sa
turno ioue ⁊ marte epiciclus duas tm̄modo habet: latitudinem
vnam/q̄ per ecentricum ab ecliptica distat: alteram qua supficies
plana epicicli a superficie plana deferētis qn̄q; declinat. In luna
aūt dūtaxat latitudo ꝑma/q̄ ē ꝑ deferētē inuenit'. nā supficies pla
na epicili ipi⁹ a deferēte nusq̄ declinat. Et ad saluādos hmōi mo
tus/q̄dā ꝑuos circulos epiciclū īcludētes imaginant': ad q̄rū mo-
Motus tus hęvarietates ꝯtingūt. Uenus (q̄ ⁊ φωσφοροσ. i. lucifer: dū
veneris solē ātecedit: ⁊ hesꝑus cū occidētē solem sequit') oīa zodiaci signa
fere ad motū solis ꝑcurrit. Et est vna de. 37. partib⁹ terrę.

De Celo secundo qd̄ est Mercurij. Capitulum. XXXIII. Magister.

Quod subest cęlū secūdū Mercurij est: in supficie concaua
cęli tertij cōtinet'/⁊ in orbes quinq; ⁊ epiciclū partit': habet
em̄ duos orbes inęqualis spissitudinis/quoꝝ superficies
cōuexa supremi/⁊ cōcaua infimi mūdo cōcētricę sunt: supficies ve
ro cōcaua supremi/⁊ cōuexa infimi mundo sunt ecētricę: sibijpsis
tn̄ cōcētricę. ⁊ harū centrū (qd̄ etiā centrū parui circuli nomīam⁹)
a centro ęquātis tātū/quātū centrū ęquātis a cētro mundi distat.
Et vocant' hi duo orbes augem ęquātis deferētes. Mouent' autē
sup polis zodiaci ad motū octauę sphęrę. Inter hos extremos sūt
alij duo orbes sil'r inęqualis ipissitudinis: quoꝝ supficies ꝯuexa
supioris ⁊ ꝯcaua inferioris idē cētrū cū cētro ꝓprio p̄dictoꝝ orbiū
habent. i. cētrū ꝑui circuli. Sed supficies cōcaua supioris ⁊ cōue-
xa inferioris idē cētrū habēt cū orbe quinto inter ipsos incluso: q̄
deferēs mercurij dicit'. Hi duo orbes (quos ad differētiā dictorū
nigros fieri voluimus) vocātur augē ecētrici deferētes. ⁊ mouent'
sup centro parui circuli ꝯtra successionē signoꝝ sup axe: quādoq;
axe zodiaci ęque distanti ⁊ centrū parui circuli trāseūte eadē velo
citate qua linea medij motus solis ꝟm successionē signoꝝ voluit'.
hoꝝ orbiū motu fit vt centrū ecentrici siue deferentis epiciclū cir-
cūferētiā q̄ndā ꝑui circuli describat. ⁊ hęc circūferētia ꝑ cētrū ęq̄n-
tis ibit: ⁊ cētrū ꝓpriū extremoꝝ orbiū īcludit. quo ⁊ ꝓ suo vtit'. Or
bis aūt epiciclū deferēs mouet' sup cētrū ęquātꝫ in lōgitudinē ꝟm

successionē signorum eadem velocitate cum linea medij mot⁹ solis. vt de venere dictum est. In latitudinez vero mouetur quemadmodum veneris deferens. hoc dempto: ꝙ medietas ei⁹ in qua epiciclus est semp versus austrū ab ecliptica declinat: cuius oppositū in venere reperitur. Dis. Epiciclus eius quō mouet? Magi. vt epiciclus veneris. In. 4. tñ mensib⁹ solaribus fere vnā reuolutionem in longitudinē sup centro suo perficit. Quedam alia latēt in motibus mercurij: q̄ hic relatū iri locus nō est. Planeta ꝟo mercuri⁹ oia sig̃ zodiaci fere ad motū sol' pagrat. Est āt mercurius (q̄ ꝛ Stilbō) mior t̄ra Cōtinet ei t̄ra mercurij q̄ntitatē. 21952. vicibus.

Motus ꝛ q̄ntitas mercurij.

Deferēs augem eq̄ntis sit niger ꝛ q̄ sub eo albus



De celo prīo qđ ē Lune. Ca. XXXIIII. Dis.

Estat vt cęli primi quēadmodū cęterorū configurationez
r et motū ostendas. Mag. Cęlū primū qđ lunę est (eo qp
przę lunā in ipso nulla stella sit) totū in supficie cęli secūdi
cōcaua cōtinetur. z ī orbes quattuor z epiciclū diuidit. Habet nā
qz in primis tres orbes sicut sol in figuratōe dispositos. vltra hos
habet vnū orbē mundo concentricum/ predictos tres ambientē:
qui deferens caput draconis dr. Insup z epiciclū habet pfundita
ti medij primorū triū orbiū imersum: in q corp⁹ lunę figitur z mo
Motus orbium lune uetur. vt hęc subiecta manifestat descriptio. Dis. pspicua atqz cla
ra est hęc orbiū lunę distinctio. nūc mot⁹ ipsorū pādas. Magi.
Orbes duo augē ecentrici deferētes mouētur sup cētro mundi et
axe pprio/ axem zodiaci in centro mūdi intersecante. cuius poli:



a polis zodiaci quinq; gradibus inuariabiliter declinant. Est autem is mot⁹ contra successionē signorū/vltra motū diurnū in die naturali gradibus.xj.⁊ minutis.xij.fere. Orbis vero epicicluz deferens mouet̄ scd̄m successionē signorū singulariter sup̄ cētro mūdi:ita vt tali motu centum epicicli gradibus.13.⁊.11. minutis fere quotidie moueatur. Axis aūt huius motus p̄ suū ꝓprium centrū scz deferētis transiens/axi augē deferentiū ęquedistanter mouet̄. sic centrū ⁊ poli ei⁹ circa centrū ⁊ polos augē deferentiū circūferentias describūt ꝯ̄ successionē signorū.⁊ poli ei⁹ a polis augē deferentiū distabunt ꝑm ecentricitatis q̄ntitatem. Aux vero hui⁹ orbis nō semper est sub ecliptica:sed aut versus austrum/aut aquilonem declinat:quēadmodū in alijs dictum est. Nec sup̄ficies deferentis ab ecliptica sup̄ diametro mundi semp̄ ęqualiter secat̄. Orbis vero quart⁹ hos tres ambiens mouet̄ sup̄ axe zodiaci circa cētrum mūdi ꝯ̄ successionē signorū om̄i die naturali tribus minutis fere:secū tali motu totū cęlum lunę ex dictis trib⁹ orbibus cōstitutum quos ambit/circūducens. Illo motu fit: vt poli augē deferētium circa polos eclipticę circūferētias describāt. Epiciclus vero lunę mouetur circa centrū suū corpus lunare sibi infixum in superiore p̄te cōtra successionē:in inferiori ṽo scd̄m successionē signorum deferens. Nōnulli vero sapientū vltra hoc corpus lunare circa centrū ꝓpriū moueri dixerunt:et ex eo motu maculā in luna apparentē nunc sursū/nūc deorsum apparere arbitrant̄. Dis. Lucide qd̄ volebā dissertasti.om̄ia equidē in p̄missa orbium descriptione oculis subijciūtur. Restat tamē vt q̄d p̄ caput caudāue draconis accipiendū sit edicas. Ma. Deferēs epiciclū lunę/ab ecliptica declinās ipsam eclipticā in duas intersecat partes. Duę itaq; fiunt intersectiones:quarū vna caput/altera vero cauda draconis appellatur:eo ꝙ istac intersectione quasi draconis figura eleuatis scz cauda ⁊ capite ventre depresso videat̄. vt hęc ostendit cōfiguratio. Dis. Plane.sed cum similes sūt intersectiōes vtręq;/q̄ caput poti⁹ q̄ cauda appellanda sit p̄spicuū nō est. Mag. Intersectionū ista in q̄cū centrū epicicli fuerit versus aq̄lonē ire incipit caput:opposita vero cauda appellāda ē. Mouentur autē virtute orbis exterioris in cęlo lunę vltra motum diurnū versus occidentē trib⁹ minutis fere. vt dictū est.⁊ ita totū zodiacū in.21.annis fere perambulant. Luna vero zodiacū in.28. diebus pene totū p̄currit. Et ꝯtinet luna vnā de.39.p̄tib⁹ terrę.terra ei maior ē lūa tricesies nouies ⁊ paulopl⁹. Quidā tn̄ planetas n̄ aduersū mūdū moueri:sz celeritate mūdi quāseq̄ n̄ poterūt p̄teriri īanit̄ ꝯtēdūt. Dictos orbes oēs motib⁹ suis symphonias causare dulcis-

Motus epicicli lune.

Caput ⁊ cauda draconis

Motus ⁊ q̄ntitas lune



simas Ambrosius in hexame. li. ij. ca. ij. ⁊ Aristoteles in li. de cęlo ⁊ mūdo negant: qꝛ nō audim⁹. Aliorū aūt plurimi nō modo cōcē tū orbiū astruūt: sꝫ ⁊ ex ꝓportiōibꝫ ipsoꝝ oēm musicę vim venant. Uñ inter firmamētū ⁊ saturnū tria semitonia: inter saturnū ⁊ iouem semitoniū: inter iouē ⁊ martē semitoniū: inter martem ⁊ solē tonū: inter solem ⁊ venerē tria semitonia: īter venerē ⁊ mercuriuꝫ semitoniū: inter mercuriū ⁊ lunā semitoniū: ⁊ a luna ad orbem terrę tonū cōstituūt. sic a terra ad firmamētū septē tonos colligunt: q̄ est vniuersitatis numerus. Sic ⁊ hominē q̄ est microcosm⁹/q̄ttuor elemēta cū trib⁹ animę viribus ꝑficiūt. Et ꝓ confirmatione suę positionis q̄ꝫtū ad cōcentū/dñm in testē adducūt d. centē ad Job: Concētū cęli dormire quis faciet? Qd̄ aūt a nobis nō auditur/eo eē aiunt: qꝛ extra aerē nostrū fiat. Sed fortasse son⁹ ꝑter aerē ñ fit: aerem aūt elemētarē/aut aliū īter orbes cęlestes esse physica ratio nō admittit: nisi de eo dicat̄ sicut de aq̄s sup̄cęlestib⁹. vt sup̄ visū ē.

Opinio de cōcentu mundi.

Ambrosius. Aristotel.

De macula lune ⁊ eius illuminatione. Capitulum XXXV. Dis.

Lunari corpi inesse maculā paulo ante cōmemorabas: hāc vnde cōtraxerit: aut quare nūc lumine augeat̄/nunc deficiat edicito. Mag. Quod in supiorib⁹ de stellarū natura disseruim⁹: nō modo de stellis fixis/verūetiā de oīmibus planetis (sole dempto: qui ꝑ se est lucid⁹) intelligendū est. Corpus itaq̄ lunare cū inęqualis sit densitatis ⁊ raritatis/solares radij in ipo inęqualiter incorporāt̄. Ea propter partes densiores/lucidiores: rariores vero obscuriores fieri necesse est. Dis. Obscuriores itaq̄ partes ꝑ maculā lunę intelligis? Mag. Scite. Quod autez de augmēto ⁊ defectu luminis lunę q̄rebas: ex accessu ⁊ recessu a sole accidit. Uñ cū eodē gradu soli cōiuncta fuerit/medietas eius supior versus solē respiciēs illumiatur: nobis vero minime apparet. cū aūt a sole recedere icipit: sꝑ magis ac magis ī ꝑtib⁹ a nobis visibilib⁹ illumiat̄: donec ad gradū solis oppositū ꝑueniat: tūc eī plena lumie ⁊ tota a nobis illumiata videt̄ (nisi eclipset̄) a q̄ rursus recedēs ī lumie quo ad aspectū nostrū minuit̄: donec eidem rursus cōiungat̄. scd̄m hoc diuersa sortitur noīa. Dicitur eīm Conoides: id est cornicularis. Dicotomos: id est dimidia. Amphikyrtos. i. gibberosa. Uerūtñ cū corp⁹ sol' ml'to mai⁹ sit corpe lunę/sol lunā pl⁹ q̄ꝫ ꝓ medietate illumiat. vt patꝫ ex. 22. primę perspectiuę. Luminosū aūt





equale vmbroso ꝑcise medietatem vmbrosi illuminat: sicut luminosum minus vmbrosi partem minorē irradiat. Rursus fit vt luna quāto soli ꝓpinquior: tanto magis illuminat. Umbra q̄ causat luminoso maiore opacū minus illustrante dicit Conoides. q̄ aūt ab opaco maiore luminoso/minore ipsus irradiente or Calathoides. Equale aūt luminosū super equum opacus cum inciderit fit vmbra chilyndroides. Dis. Huius etiā si in prompto est causas addas: quare luna a solis cōiunctione recedens quandoq; citius/ nonnūq; vero tardius nobis appareat. Ma. Hui⁹ astrorū periti triplicē volunt esse causam. Primā dicūt esse obliquitatem zodiaci t horizontis. Nā si sit cōiunctio sub ecliptica in medietate/q̄ est a fine sagittarij ad finē geminorū: tunc cum sol occidendo i horizonte fuerit: plures grad⁹ erunt in circulo reuolutionis lunę a luna ad horizontē q̄ de zodiaco a luna ad solem. Ideo in climatib⁹ septētrionalib⁹ citi⁹ videri poterit q̄ si in alia medietate esset. Secunda causa est latitudo lunę ab ecliptica. si em̄ post cōiunctionē in latitudinē septētrionalem mouebit: iterū citius a nobis videri poterit q̄ si in latitudinē meridionalem moueret. Tertia est velocitas motus lunę: cū scz in supiore epicicli parte fuerit. Cum igit omnes dictę causę concurrerint/luna vetus t noua in eodem die apparebit. Si vero duę tm̄ inueniatur: in secūda die post coniunctionē videbitur. Si vna tm̄ in tertia die apparebit. t si omniū oppositum eueniat: in quarta die videbitur. Dis. Obsecro ne graueris lunę eclipsationem/cuius pauloante memineras paucis dilucidare.



De Eclipsib⁹ luminarib⁹. Ca. XXXVI. Ma.

Eclipsis (vti in ꝓposito sermo de ea est) priuationē luminis astri significat. quę in diuersis diuerse contingit. Uñ eclipsis in stellis fixis (vt supra dixim⁹) ꝓpter ꝑsentiam maioꝛ luminis scilicet solaris accidit. Nonnunq; vero ꝓpter diametralez corporis solaris aut lunaris interpositionē inter visum nostrum et astrum fixum/ siue etim erraticū euenit: ꝑ hoc q̄ terra nobis semper cęli medietatē occultat. In luna vero (de q̄ ad ꝑsens) eclipsis ꝓpter diametralem terrę interpositionem inter solem t lunam contingit. tunc em̄ vmbra terrę pyramidalis/ lunę sphęram transiens/ vsq; ad cęlum mercurij (vt aiunt) pertingit: t corpus lunare in se totum/aut particulare claudens lumine solis priuat t obfuscat. Accidit aūt hoc cum luna in opposito solis est. t nec tunc semper: quoniam sole semp sub ecliptica ambulante luna nonnūq; versus aquilonē aut austrum declinat: t deferens lunę deferentem solis in duabus partibus oppositis (vt supra visum est) intersecat. ob id nisi ambo hęc luminaria in his intersectionibus aut ꝓpe fuerint/terra nō diametraliter interponitur: t sic vmbra ei⁹ corpus lunare nō includit; nec lumē solis versus ipsus proijci prohi-

Eclipsis stellarum fixarū

Eclipsis lune.

bet. Dis. Quid cause est: cum omni nocte terra diametraliter inter solem ⁊ quasdā ex stellis fixis interponat: ob id tñ huiuscemodi stellę minime eclipsant? Ma. Causa ex dictis patet: qz vmbra terrę ad stellas fixas nō pertingit: ⁊ vt multis placet/ sphęram mercurij nō transit: illud aūt, pter solis magnitudinē orbiū spissitudinē eorūdēq; longā a terra distantiā ⁊ terrę paruitatē cōtingit.

qualitates: nonnulla vero circa domoꝝ diuisiones ⁊ earundē significationes. Dis. Zodiacū in duodecim partes siue signa: ⁊ vnūquodq; ex his in triginta gradus longitudinis/⁊ duodecim latitudinis diuisum ex ꝓcedentib⁹ liquet. Magi. Sicut circuloꝝ in sphera descriptoꝝ diuersitas tm̄ est imaginaria: ita ⁊ diuisio zodiaci nō est ex natura aut primordiali creatiōe/sz ꝑ arbitrio ⁊ astrologoꝝ fictione: vt initia ⁊ terminos calculādi mot⁹ habeāt. Dis. cipul⁹. Quare igit̄ Zodiacū nō i plura aut pauciora q̄z duodecim diuiserūt signa: aut quare signū vnū in gradus triginta/⁊ rursus gradū in sexaginta tm̄ partiunt minuta? Mag. Quia numer⁹ iste diuisionibus ⁊ calculationib⁹ accōmodatior est. vt testant ipsi astrologi Hali: Auenrodan in expositiōe ptholemei. ⁊ Abraam. Auenazra in libro rationū astrologicaruz. Dis. Potuissent igit̄ si voluissent in plures pauciores siue ptes Zodiacū diuidere? Magi. etiā. Nā ⁊ chaldei non signis/sed imaginib⁹ vndecim tm̄ vtuntur: librā ⁊ scorpionē simul copulātes. Dis. Memini hoc vltimū dū celestes imagines enumerares cōmemoratū. sed earūdē naturas edicito. Mag. De signoꝝ naturis astrologi ⁊ si mlta nimis disserāt: nobis tm̄ satis erit pauca admodū cōmemorasse magz q̄z tractasse. Aries signū primū calidū est/siccū/igneum ⁊ cholericū: ex corpis cōpage caput sibi vendicās. Taurus vero secūdū signū frigidū ⁊ siccū: terreū ⁊ melācholicuz/colla respicit. Geminī trū i ordine calidū ⁊ humidū: aereū ⁊ sanguineū. brachia intuet. Cancer quartū signū frigidū ⁊ humidū/aqueū ⁊ pblegmaticum obtinet pectus/pulmonē ⁊ stomachū. Leo quintū/in qualitatib⁹ cū ariete cōuenit: cor ⁊ epar respicit. Virgo cum tauro concordat: sz intestina ⁊ fundum stomachi vidicat. Libra vero cū gemini conuenit: sed renes ⁊ nates respicit. Scorpio cū cancro in qualitatibus congredit: sed pudenda intuet. Sagittarius rursum cū ariete ⁊ leone coincidit: ⁊ coxas intendit. Capricornꝰ cū cauro item et cum virgine cōcordat: sed genua gubernat. Aquarius cū gemini ⁊ libra cōuenit: sed cruribꝫ ⁊ tibijs ꝓpest. Pisces vero in qualitatibus a cancro nō deuiant: sed pedes vendicāt. Et cū semp tria conueniant/quattuor triplicitates ex his fabricāt. Primaz videlicet arietis/leonis ⁊ sagittarij dicunt orientalē masculinā: diurnā ⁊ sapore amarā. Alteram tauri scz virginis ⁊ capricorni meridionalē/femineā/nocturnam ⁊ sapore acrem nominant. Tertiā quę est geminoꝝ/libraę ⁊ aquarij occidentalē masculinā ⁊ diurnā: ⁊ sapore dulcē appellāt. Quartam vero quā cācer scorpio ⁊ pisces integrāt septētrionalē/femineam/nocturnā ⁊ sapore salsam vocant. Illis quoq; trigonis dominatores ex planetis destribuentes: tantū inter se pugnāt/vt cuiuis magis credenduz sit facile non appareat. Amplius autem ⁊ signoꝝ alia dicunt mobilia. quę sunt. Aries Cancer Libra Capricornꝰ. alia fixa: q̄ sunt Taurꝰ Leo: Scorpio:

Signoꝝ natura

Zodiaci diuisio imaginaria nō naturalis est.

Aries
Taurus
Gemini
Cancer
Leo
Virgo
Libra
Scorpio
Sagittarius
Capricornꝰ
Aquarius
Pisces

Signa mobilia et fixa.


Aries. calidus & siccus: igneus cholericus
Gemini. calid & humidum aereu sanguineum.
Taurus. frigidus & siccus: terreus melancholicus
Leo. simil arieti
Sagittarius. Leoni & arieti similis
Cancer frigidus & humidus aqueus flegmaticus.
Virgo simil tauro
Capricornus: tauro & virgini similis
Libra. simil gemini
Aquarius. gemini & libre similis.
Scorpio. simil cancro
Pisces. similes Cancro.

Aquarius: reliqua vero cōia sunt. Quędaz insuper rationalia. vt Virgo Gemini Libra Aquari⁹: ⁊ pria medietas Sagittarij. Quędam pręterea sterilia: q̄dam fęcūda: ⁊ cętera multa id gen⁹ figmēta: ad gradus vsq; deducta. cū alios dicant gradus masculinos alios fęmininos; lucidos quosdaz ⁊ alios tenebrosos/fumosos/vacuos/puteales ⁊ alzemena siue valitudinarios. Pręterea ⁊ singula signa in ternas facies diuidūt: in terminos aūt inęquales distinguūt. q̄ꝝ dominia planetꝫ distribuūt: ⁊ mltiplices fortitudies ipsis rōne taliū aduenire credūt. Nā a triplicitate planetā fortitudines tres accipe autumāt. a termino duas: a facie vnā: a domo ꝟo q̄nq;: ⁊ ab exaltatiōe q̄ttuor. Ueꝝ ī ista graduū/faciez ac termioꝝ assig̃tiōe īextricabil' apd astrologos nō īfimos īuenit diuersitas. communia rationalia.

De Domib⁹: exaltatiōibus: naturis ⁊ qualitatibus atq; aspectibus planetarum. Capitulum. III. Discipulus.

Dom⁹ planetarū q̄ sunt? Ma. Signa zodiaci. Nā saturno ꝑ domicilijs assignāt capricornū ⁊ aq̄riū. Joui sagittariū ⁊ pisces. Marti arietē ⁊ scorpionē. Soli leonē tm̄. Ueneri taurū ⁊ librā. Mercurio gemini ⁊ virginē. Lunę solū cancrū. Domus planetarum

Dis. Exaltatiōes ꝟo q̄ sunt? Ma. Saturn⁹ exaltat' in gradu 20. libre Jupit' in. 15. cācri. Mars in. 28. capcorni. Sol in. 19. arietis. Uen⁹ in. 26. pisciū. Mercuri⁹ in. 15. ꝟginis. Luna in q̄rto tauri. Casus oīm sūt in locis oppositꝫ. Dis. Plane. sꝫ q̄d tradūt de planetaꝝ q̄litate? Ma. Saturnū frigidū ⁊ siccū/colore nigrū: ⁊ sapore stipticū dicūt. Jouē ꝟo hūidū ⁊ calidū: colore cinericiū aut viridē: sapore dulcē. Martē siccū ⁊ calidū: rubeū ⁊ amarū. Solē calidū ⁊ siccū: in colore peregrinū: ⁊ sapore acutū. Uenerē hūidā ⁊ frigidā: albā ⁊ vnctuosam. Mercuriū variū: ⁊ planetę cui iūgit' in q̄litatib⁹ ꝑmis se ꝯformātē: in colore mixtū ⁊ sapore acetosū dicūt. Lunā frigidā ⁊ hūidā: croceā ⁊ salsam perhibēt. Rursū ex his q̄dā graues ⁊ pōderosi noīant'. vt saturn⁹/iupiter mars. alij leues vt ven⁹. mercuri⁹. luna. Sol āt nec pōderosus/nec leuis ē. Quidā et' fortūę sūt. vt Jupit' fortūa maior: Uen⁹ fortūa minor. Alij īfortunę sunt: vt saturn⁹ īfortūa maior: mars īfortūa minor. Mercuri⁹ aūt cū bonis bon⁹/cū malis mal⁹. Sol bon⁹ ꝑ aspectū: mal⁹ ꝯiūctionē. Luna q̄si nūcia ꝑ oēs currit: ⁊ ab ipsis fortunata ⁊ īfortunata reddit'. Uen⁹ ⁊ luna fęminini sūt: reliq̄ oēs masculini. Nocturni sunt mars/venus/et luna. diurni sunt alij om̄es. Nōnulli amici dicunt': quidā inimici nominant'. Nā amici saturni/sūt iupiter sol luna: inimici sunt mars ⁊ ven⁹. Jouis amici sunt oēs: dempto marte. Martꝫ amica sola ven⁹ ē: cęteri inimici. Sol' amici sūt iupiter/venus: inimici mars mercuri⁹ ⁊ luna. Mercurij amici sūt Exaltationes planetarum. Natura planetarum

saturnus iupiter venus: ceteri inimici. Lunę amici sūt saturnꝰ/iupiter venꝰ: alij inimici. Amici capiti draconis dicunt esse iupiter ⁊ venus/de ꝗrū natura ē: ⁊ iō fortuna. Amici caudę/sunt saturnus ⁊ mars ꝗrū naturā pticipat: ⁊ iō ifortuna ē. Augent aūt ⁊ minuūtur ista p aspectꝰ. Dis. Quō se aspicere dicuntur? Mag. Cum in eodē signo ⁊ gradu sunt: coniuncti dicunt. per contrariū separati nominant. Si aūt per sextam partē zodiaci/ꝫ est p duo signa distant: aspiciūt se aspectu sextili: qui est amicitię impfectę Si autem per tertiam zodiaci partem distant/id est per quattuor signa: trino aspectu se respiciunt: qui est amicitię perfectę. Si vero p ꝗrtam partem zodiaci: id est p tria signa opponunt/quarto se aspe-

Characteres aspectuum

ꝗrtꝰ	trinus
□	△
✶	☌
sextil	oppositio

Figura aspectuum



etu intuētur: q̄ est inimicitię ipfectę. Si autē p̄ sex signa distant opositi dicuntur: q̄ aspectus est pfectę cōtrarietatis. Dis. Quattuor igit aspect⁹ sūt. s. sextilis/trinus/quart⁹ ꝛ oppositio. Ma. sane. Illā cōiunctio p̄prie aspectus dici nequit: ꝛ vim sortitur vt q̄dam tradunt per gradus. xij. ante ꝛ post. Figura aspectuū est quā hic supra cernis.

De quibusdam alijs accidētibus planetarum: que ꝛ astronomū ignorare nō oportet. Capitulum. IIII.

Dis.

Reter hęc autem ꝛ planetis alia multa nomia attribuuntur ꝛ accidentia: quoꝝ cognitio etiā Astronomię vtilis est.

Dis. Eo magis explicanda sunt. Magi. Planetę q̄nq̄ dicunt directi: q̄nq̄ retrogradi: nūc etiā stationarij. Dis. De his in p̄cedenti tractatu dissertū esse memini. alia si q̄ sunt enumera.

Ma. Planetę dicunt etiā q̄nq̄ tardi cursu ꝛ minuti: cum scz linea veri motus eorū tardius mouetur q̄ linea medij motus: aut cōtra successionē signorum incedit. Veloces aūt ꝛ aucti cursu dicunt/ q̄n fm successionē mouent. Aucti vero numero sūt: q̄n equatio additur sup medij motū. cū aūt minuit: minuti numero vocātur. Aucti ꝛo lumine sunt: q̄n a sole recedūt vl sol ab eis. ꝛ minuti lumine vocant: q̄n ad solē appropinquāt. Et cū ad gradū decimū quintū aut duodecimū veniūt: sub radijs sūt: ꝛ combusti nominātur. Orientales sūt q̄n oriuntur a p̄ solem. Occidentales vero cū occidunt post solem. Vñ ꝛ venus solem p̄cedens in aurora/ lucifer: sequēs aūt solem post occasum/ hesperus dr. De qua Boe. i⁹ libro p̄mo de consolatu philosophico metro quinto ait. ꝛ q̄ p̄mę tempore noctis agit algentes hesperus ortus solitas: iterū mutet habeas Phębi pallens lucifer ortu. Dicunt ꝛ orientes ortu matutino: cū de sub radijs exeunt: ꝛ p̄pter remotionē eorū a sole/ mane ante ortū solis apparere incipiūt. Orientes vero ortu vesperti no dicunt/ cū desubradijs exeunt: ꝛ p̄pter remotionē eoꝝ a sole, vespere post occasum solis apparēt. Occidentes aūt occasu matutino sūt/ cū radios solis ingredientes mane occultari incipiunt. Et occidentes occasu vespertino/ cū radios solis intrātes ꝛ post solis occasum occultari incipiūt. Tres tñ superiores occasu matutino nō occidūt: nec ortu vespertino oriūtur. Meridionales etiā planetę appellantur/ cum in suo ecentrico ab ecliptica versus meridiem declinant. Septētrionales aūt cū versus septētrionē tendunt. Respectus aūt planetarū quos in diuersis signis ad diuersas corporis p̄tes habere dicunt/ in sequēti patent descriptiōe.

Planete dicuntur tardi et veloces

aucti numero.

aucti lumine

Combusti

Orientes matutinales

Orientes vespertini

Occidentes matutinales.

Occidentes vespertini

Meridionales.

Septentrionales.

Quas corporis partes planete in diuersis signis respiciāt. Capitulum. V.

	♄ Saturnꝰ	♃ Jupiter	♂ Mars	☉ Sol	♀ Venus	☿ Mercuriꝰ	☾ Luna.
♈ aries	pectus	ventrē	caput	femora	pedes	crura	genua
♉ taurus	ventrē	dorsū.	collum	genua	caput	pedes	crura
♊ gemini	ventrē.	verēda	pectus	crura talos	collum	caput	femora
♋ cancer	virilia	femora	pectus	pedes	brachia būeros	oculos	caput
♌ Leo	verēda	femora genua	ventrē	caput	cor.	guttur	collū
♍ Virgo	pedes	genua	ventrē	collum	ventrē	cor	būeros
♎ libra	genua	oculos	verēda	būeros	caput	ventrē	cor
♏ scorpio	talos	pedes	caput brachia	cor	verēda	dorsū.	ventrē
♐ sagit.	pedes.	crura	manus	ventrē	femora	verēda	dorsū
♑ capricō.	caput oculos	crura	dorsū.	cor	verēda	femora	femora
♒ aquariꝰ	collum	pectus	cor	verēda	genua	femora	verēda
♓ pisces	būeros	cor	ventrē	femora	dorsū	crura	femora

De diuisiõe celi in domos duodecim: ⁊ nominibus earundẽ. Capitulũ. VI. Mag.

Otum iudicãdi negociũ maxime ex Zodiaci in duodecim domicilia partitiõe dependere estimãt. verũtamẽ nec ĩ hac concordant. Sed ꝑtermissis duob⁹ partiendi modis/ter-tium exempli causa pandaz: qui talis est. vt intelligant sex circuli magni in sphera sup polis mundi vtrinqz sese intersecantes: atqz ꝑ puncta equinoctialis diuisim in duodecim equalia trãseũtes. per hos ei sex circulos Zodiacus i duodeci/sz nõ equales partit domos: quaz vna medietas sub horizõte: altera supra horizonta apparet: ⁊ oppositę equales reperiunt. Quattuor ex his anguli vocantur. s. Prima: q̃ est angul⁹ orietis. Septima opposita: angulus occidẽtis. Decima: ẽ angul⁹ dei seu medij cęli. Quarta: est angulus noctz sb horizõte. In bis vt aiũt/ planetę sũt fortiores. Post bas q̃t-

Domus

Anguli

Diuisio domorum celi



Succedētes tuor domos/succedentes nomināt: in q̄bus planetę sūt debiliores q̄ꝫ in angulis. ⁊ sūt dom⁹ secūda octaua vndecia ⁊ q̄nta. Reliq̄ quattuor cadētes nominantur cęteris debiliores. Ex his ⁊ cōstellationibus in illis repertꝫ ꝑ cęteras Astrologię partes varia ac mira conātur.

Cadentes



Si demōstratiōe experientia aut alia q̄uis via astrologie principia cognita sint. Ca. VII. Dis.

Priusq̄ꝫ has ꝑtes aggrediamur edicito q̄nam mō astrologi tātā partiū eiusdē cęli diuersitatē īuestigare potuerūt? aut quid firmitatis habet ꝙ etiaꝫ in gradibus q̄ꝫtū ad qualitates/facies/terminos/exaltatiōes ⁊ casus ponūt: ⁊ planetis attribuunt? Mag. Astronomię principia de q̄bus in ꝑcedenti tractatu actū est: ex geometria/numeroꝝ ꝯcurrēte ratione indagari potuere. Dis. Nō de illis (qm̄ quātitatē cōcernūt) quęstionē moueo: sed de diuersitate qualitatū ⁊ influentiarū cęli ⁊ partiū ei⁹ ⁊ plantarū dño ⁊ fortitudinis incremēto ī illis. Ma. Ab effectibus (vt aiunt) in multoꝝ cognitionē deuenere ꝑ crebras ⁊ diutinas obseruationes. Uñ ⁊ nōnulli ab exordio mūdi primis hoībus intantū vitā ꝓlongatā a deo cęli autumāt: vt astronomiā/astrologiā ⁊ cęteras artes q̄ lōga experientia acquirūtur inuestigare possent. Alij primo parēti Adā ⁊ patriarchis nōnullā astrologię partē reuelatā aiūt. Uñ ⁊ magister ī historijs Abraā ęgyptios astrologiā docuisse testatur. Quod haud abnuo q̄ꝫtū ad temporꝝ varietates. sicut scriptū est: Ut sint illis ī signa ⁊ tpa. nō aūt q̄ꝫtū ad diuinationē: quā deus semini Abraę specialr interdixit: vt patebit infra. Dis. Interim dictis assentio. sed cur lōga obseruātia ⁊ experimētis pl'imis astrologię principia haurire nequerint/nō apparet qđ possit conuenięter opponi. Mag. Si expimentis q̄ tradunt principia didicissent: vtiqꝫ nō semel/sed frequēter easdē cōstellatiōes integre obseruassent. Sed obstat qđ ⁊ ipsi vere affirmāt: eandē cōstellationem totalē nūq̄ꝫ/vel saltē post annorū multa milia rediturā. nec sufficit ꝑticulares cōstellatiōes sępius obseruasse: q̄ppe cum nulla stellaꝝ seorsum influat: sed simul cū oībꝫ etiā astrologis nūq̄ꝫ visis vel cognitis/certo dicere nequeūt: cur magis vni q̄ꝫ alteri expimētalis effect⁹ veniat ascribēd⁹: nisi forte solis ⁊ lūę sideribꝫ etiaꝫ omni videnti notis. q̄bus tamē in efficientia freq̄nter ꝑponūt sidera minora aut a nobis remotissima. Multū ꝑterea opationem cęlestium variat/impedit aut minuit in superioribus alia constellatio: ⁊ īferioribꝫ materię indisposito. Sed esto/hauriri possit con-

Principia Astrologie sunt nobis cognita

Genesis .j. b

stellationū quas in iudicijs attendūt efficientia: sz nōdū est inuenta sufficienterqz obseruata. patet legēti astronomorū de motu stellaꝝ firmamēti ⁊ etiā erraticaꝝ dubia. Antiq̄ores q̄ppe supra firmamētū nullū aliud cęlū cognouerūt: quo tn̄ iuniores Astrologi etiā in praxi vtunt. Chaldęi ⁊ ęgyptij nō infimi in Astrologia/stellis fixis vnū tm̄ motū attribuūt. s. diurnū. Ptolemeus addidit secundum q̄ est ab occidēte in orientē. Thebit tertiū inuenisse dicitur: q̄ est versus meridiē ⁊ aquilonē. In tpe vero mltū discordāt: vt partim dictū est in supioribus. nec mirū si de fixis trepidāt: q̄ etiam in motu solis ⁊ lunę inter se pugnant: vt ⁊ quātitas anni solaris adhuc apud astronomos q̄ ad p̄cisionē sit incerta: ⁊ in maxima solis declinatiōe quātū differant supfluū est hic recensere. Cōstat autem si astrologus in gradu vno tm̄ fefellerit in captanda hora: in diuisiōe domorū duodeci sil'r deficiet. mutabit em̄ grad⁹ signū. ⁊ in directionibus etiā variat annū. mutabūtur etiā aspectus ⁊ situs stellarum. Dis. Fallax igit̄ sequatur astrologorū experimētū necesse est. Sed ⁊ planetę qua cōuentiōe inter se regendi ac dominandi tempora/horas/atqz momēta in diuersis ptibus cęli/etiā vt ais climatū terrę partiti sint/vehemēter hęsito: ⁊ te sup hęc audire cupio: interim alia q̄ q̄stionē augent silebo. Ma. Hęc ⁊ pene innura alia sūt quę fidez astrologię minuūt his q̄ oīm causas (vt ęquū est) ꝓfundi⁹ rimātur: ⁊ in astrologię libris nō nisi ꝑsuasiōes quasdam legūt. Nos aūt q̄ ipsaz defendendā nō suscępimus: reliquas eius partes velocius ꝑcurrere debemus. Dis. vt libet.

Ptolemeus Thebit

Stellarum fixarum motus triplex

De secūda ꝑte astrologie. Et qualem īfluentiā celestiū corporū in inferiora Theologicū Philosophis cōcedūt: volūcatē om̄ino excipientes. Capi. VIII. Mag.

Secunda (vt p̄missum est) astroligię pars de reuolutionib⁹ est. hęc cōiunctiōes ⁊ eclipses cōsiderat: ⁊ ex his alijs insuper cōstellationib⁹ de dispositiōe annonę/belloꝝ/ęgritudinum ⁊ mutatiōe tempoꝝ atqz innouatiōe legū futura p̄nunciat.

Dis. Tu ne huiuscemodi futura cōtingētia cęlestiū cōsideratiōe p̄uidenda credis? Magi. Multiplicē virtutē ⁊ opationē cęlestibus a ꝯditore oīm cōcreatā nemo sapiēs dubitat: ꝑpaucas vero ex his oīb⁹ in hoīm noticiā deuenisse/⁊ oēs deo soli notas esse regi⁹ ꝓpheta indicat dicēs: Qui numerat multitudinē stellaꝝ ⁊ omnib⁹ eis noīa vocat. Nomina vero a ꝓprietatib⁹ rebus imponi constat: quas solus nouit ꝑfecte q̄ eas condidit. vn̄ cōsequēter exclamat: Magnus dn̄s noster ⁊ magna virtus ei⁹: ⁊ sapiētię ei⁹ nō ē numerus. Hęc de particulari noticia intelligenda sūt: qm̄ generalem influxum cęlestiū q̄ fit ꝑ motū lumē ⁊ calorem in terrena/etiā philo-

ps. xlvj.

sophi (dono dei) cognouerunt. Vñ Aristoteles dicebat hunc mundum elemētarē latiōib⁹ supiorū ꝯtiguū esse: vt inde virt⁹ ei⁹ gubernetur. ⁊ alio loco: Latio inq̄t solis sub obliquo circulo (zodiacū denotās) generatiōes adducit. Nec diu⁹ Augustin⁹ phs acutissim⁹ ⁊ theologorū p̄cipuus/ab Aristotelis snīa in hac re dissentit: lib. iij. de tri. ca. iiij. asserēs corpora crassiora ⁊ īferiora per subtiliora ⁊ potentiora ordine quodā regi. Et li. v. de ciuitate dei. ca. vj. inter disputādū cū mathematicis ait: Nō vsq̄quaq̄ absurde dici pōt/ad solos corporū differentias afflatus quosdam valere sidereos: sicut in solarib⁹ accessib⁹ ⁊ decessib⁹ videm⁹/etiā ipsi⁹ anni tempora variari: ⁊ lunarib⁹ incremētis atq̄ decremētis augeri ⁊ minui q̄dā genera rerū. sicut echinos ⁊ conchas: ⁊ mirabiles ęstus oceani. non autē ⁊ animi voluntates positionib⁹ siderum subdi. Dis. Aperte Augustin⁹ inferiora supiorū influentijs subijcit. Cur ergo a nōnullis astrologis aduersari d̄r? Ma. Hic diu⁹ pater (quēadmodum ⁊ cęteri viri phię ⁊ veritatis cultores) astrologię/non ademit qd̄ ratio naturalis admittit: ⁊ sacrarū litterarū tenor incōmutabilis nō reprobat. Nec tñ dicit corpoꝝ differētias necessario esse a cęlesti influxu: sed hoc posse cōcedi in quibusdā. Nā vt eodē loco ait sexus diuersitas nō ab influxu cęlesti est: cuz simul concipi possint gemini diuersi sexus. Quid aūt tam ad corpus ꝑtinēs q̄ꝫ corporis sexus? Sequūtur hūc Bonauentura/ Alexander de ales/ Scotus ⁊ theologorū numerosa turba: om̄es generalem cęlestium in inferiora influxū cōfirmātes: Inferiora inquā corpora/nō humanas mentes seu volūtates: quēadmodū in snīa Augustini hec excipiuntur. Nō em̄ pñt (vt idē sanct⁹ pater ꝓtestat̄ li. xij. sup Gen.) corporalia in spiritū agere. limitāt certi: de ꝑ se ⁊ immediate. Naz cum intellectus (inquiūt) mediantib⁹ speciebꝫ a sensibus receptis in opus suū prodeat: ⁊ sensitiua potentia corpore: s organis vtatur: de ꝑ accidens ⁊ a remoto cōcedi possit/immutatis corporib⁹ intellectum in sua opatiōe īpediri. vt videre est in lunaticis ⁊ phreneticis. Vñ ⁊ scriptura dicit: Corp⁹ qd̄ corrumpit̄ aggrauat animam: ⁊ terrena inhabitatio deprimit sensū multa cogitantē. Volūtas āt existēs dña oīm actuū suoꝝ/organo corporeo nō alligat̄: sicut nec ītellectus. magis tñ libera est: nulli⁹ improbitatem patit̄: nec cęlestiū influxui subdit̄. Et ideo actus a volūtate procedētes ab astrologis p̄uideri aut dijudicari minime possunt.

j. meteo. et de genera: Augustinus

Idem

Theologi q̄d tribuant astrologie

Sap. ix. d

Ex quinq̄ causis Astrologi frequenter errant in iudicijs suis. Et quō in vniuersali de fertilitate ⁊ sterilitate terre: de pestilentia bellis ⁊ mutatione regnorū aliquid pronosticare possunt. Capitulum. IX. Dis.

Um iuxta p̄missam beati Augustini sentētiā in elementa ꝛ
c elementa afflatus siderū agat: vnde fit ꝙ astrologi nōnū-
q̄ de illis quoq; in iudicijs suis ꝛ fallunt ꝛ fallunt: Ma.
Quamq; huius rei causa multiplex assignari possit: hec tñ inter p̄
cipuas cōnumeranda est: ꝙ raro hui⁹ artis scioli iudicia sua inter
prescriptos limites coartant: sed inanis glorie cupidi/ phylateria
sua dilatāt nimiū: ꝛ ex stellis augurari gestiūt/ qō efficere non pos
sunt. Frequēter etiā ad priculares locales q̄ mutatiōes descendūt:
singularū frugum spēs denotāt: terrarū ꝛ incolarū euentus ꝑse-
quuntur seiunctim: nō attēdētes/ nō obstante generali influxu su
Augustinus periorū: ꝛ (vt Augustinus habet lib. v. de ciui. dei. c. vij.) electo ad
seminandū agrū die/ tā multa grana in terrā simul veniunt: simul
germināt: ꝛ exorta segete simul herbescūt: pubescūt: flauescunt. ꝛ
tñ inde spicas ceteras coequas/ atq; vt ita dixerim congerminales:
alias rubigo interimit/ alias aues depopulant/ alias boues euel-
lunt. Pari iudicio de reliquis rebꝰ iudicandū est. Sunt em̄ causę
celestes fere innumerę: ex quibꝰ vt p̄missum est tractatu p̄cedenti/
ex stellis fixis pauciores cognitę sūt. quorū tñ actio quantū possit
astrologorū traditiones canūt. Adde: ꝙ de principijs ꝛ modo iu- Secūa
dicandi p̄cipui auctores artis huius diuersa senserunt. Accedit ꝙ Tertia
plurimi nostro ęuo in praxi illa magistri nominari delectant ꝙ nō-
dum loqui ceperūt: ne dixerim didicerūt. Viri aūt phię gnari faci
le nō enunciāt/ qō ex certis causis ꝛ demonstrationibꝰ veritat̄ eui
dentiā nō habet. Verūtñ si anni q̄ttuor ptes a qualitatibꝰ suis mꝫ Quarta
tum exorbitare cōtigerit: facillime seq̄tur aeris intemperies: sicq;
frugū detrimentū aut excessiuo frigore vel calore orti/ humore
Auicenna suffocante/ aut siccitate cōsumente humidum radicale. Amplius
turbatis elemēt̄ immaturis frugibꝰ ꝛ aere infecto aut putrefacto/
quo ad respirandū sedulo vtimur/ egritudines euenturas temere
nemo iudicabit. Deniq; ex aere infecto ꝛ alimētis incōuenientibꝰ/ Quinta
spiritū animalē turbulentū generari physica ratio suadet. Hinc
egritudines acute ꝛ cerebro multę obueniūt turbatiōes: qbꝰ i vul
go dominātibus ad vnū⁹ belial dolosam psuasionē/ insultus fieri
haud erit difficile. Si em̄ princeps vi legis occurrere nitit: mox a
superba ceruice onus seruituris ꝛ sceptrū exactoris excutere moli
untur. Hinc secte/ cōtentiōes/ partialitates/ seditiōes/ bella ꝛ cęte
Ptoleme⁹ ra hmōi oriūtur multa. Et q̄uis (vt Ptolemęus ait) vir sapiens
domineꝫ astris: sensualitati scz ꝛ inclinatiōibꝰ obuiādo: stultoꝝ ta
Eccles. j. d mē (vt Salomō nō minꝰ docte scripsit) infinitꝰ est numerꝰ. Vñ mi-
rū nō est si his ꝛ similibꝰ sollerter pēsiculatis/ nō tā astrologi q̄ phi
losophi/ medici ꝛ longa experientia edocti agricolę et nautę quo-
tidie de futuris multa vera p̄dicūt: etiā sine astrologicis regulis:
de morbꝰ/ de annona/ deq; tēpestatibꝰ. Sed de illis hactenꝰ. Ter-
tiam astrologię partē nūc aggrediamur, laboriosum quippe hoc

erit: qm̄ fere innumeri codices sūt de hac parte. ⁊ eregione viri eruditissimi ⁊ sanctitatis titulo p̄fulgidi parū illi tribuendū astruūt.

De tertia parte astrologie. De natiuitatibus q̄d ex domib⁹ quattuor primis Astrologi pronosticent. Capi. X. Dis.

Quid hęc pars futuri pręsagit? Mag. Mortē ⁊ vitam ⁊ ferme om̄es nascentiū euentus quales futuri sint. vt patz legenti significatiōes. xij. domorū in quas cęlū hora natiuitatis diuidūt. Ut aūt breuiter me de hac pte absoluā: ex multis pauca s̄m domoꝝ ordinē in libris astrologoꝝ expressa annotabo.

Significationes domorū celi

Dis. Probe. Mag. Ex habitudine p̄mę domus planetarum et stellarum in ea existentiū/ ⁊ partiū natura ac varijs affectib⁹ mira de anima nati p̄dicunt: videlicet. si liberalis: si legum amator: si mitis aut bellicosus: si diuinarū scientiarū indagator alteriusue studij aut opationis amator: ⁊ quātus qualisue in corpis habitudine futurus sit nat⁹. Ex secūda domo de p̄speritate ⁊ infortunio/ diuitiarū nati futura vident: si eas vel ex hęreditate/ mercatura/ aut quouis alio ingenio aut labore habitur⁹ sit: ⁊ amplius: si sua sponte acquisitas dilapidabit: aut violentia qualibet siue infortunio amittat. Ex tertia domo de fratrib⁹ nati: de peritia legum ⁊ obseruantia earundē. ⁊ ibi p partē quā absconditā noīant astrologi/ de arcanis conscientię nascentis erga deū ⁊ erga hoīes iudicant. Nam vt ait Abraam Auenozra in expositione huius domus: Si Jupiter fortis in natiuitate partem illam quocūq; modo respexerit/ ⁊ deū diliget (scz natus) ⁊ a deo diliget ⁊c. Dis. Hoc ne veꝝ credis? Magi. Minime. Nā dicit scriptura: Nescit hō an odio vel amore dignus sit. ⁊ cōsciētię arcana soli deo patent. Dis. Insania ergo ista nō tā cōfutanda q̄ꝫ vt hęretica execranda est. Ma. Duas fortunas inter planetas nomināt: venerē scz ⁊ iouem. Uenus vt aiunt dat fęlicitatē vitę p̄sentis: Jupiter autē largitur fęlicitatez vitę futurę. Dis. Et quid de christo sentiūt? qui ait in euāgelio: Ego vitam ęternam do eis. Sed perge in narratione. Magi. Matern⁹ quidā nō infimę auctoritatis apud astrologos scribit: q̄ saturnus in leone constitutus/ facit longęuos: quorum anima post mortem ad cęlos transibit. Dis. Cur ergo xp̄s dicit: Si vis ingredi ad vitam ęternam/ serua mandata: ⁊ nō potius/ attēde si habueris saturnū in leone? Mag. Albumasar impietatem impietati accumulans ait: Qui deo supplicauerit hora qua luna cum capite draconis ioui cōiungitur/ impetrat quicquid petierit. Dis. Ha ha he stulticiā sacrilegā. Cur igit̄ astrologi nō obseruāt talē horā: vt semel impetrarēt de cętero in iudicijs suis neminē fallere: ⁊ vt tantas diuitias reciperent ne amplius p̄ inopia alijs sua mendacia venalia facerent. Sed perge ad domoꝝ explanationē.

Abram Auenozra

Ecclesi. ix. a

Maternus astrologus

Matth. xix. c

Albumasar

Mag. Ex domo quarta de esse patris nati disserit: qualis aut quāta ei⁹ vita sit: ⁊ de alijs q̄ breuitat⁊ cā trāseo tanq̄ fabulosa.

Que astrologi prenosticent ex alijs domibus natiuitatum. Ca. XI. Disci.

Ex q̄nta aūt domo q̄d? Ma. Si nascēs filios generabit: ⁊ qualiter ad eos afficiet. Et h̄ q̄dez Arabes: Ptolemęus aūt decima filios dijudicat: Malli⁹ ab ascēdēte. Ex sexta de infirmitatib⁹ nati in toto corpe ⁊ singulis partibus: ⁊ qñ ⁊ quātū ęgrotabit futura annūciat. Ex septima si amator erit fęminaꝝ/ ⁊ inoīatę libidinis sectator. Si vxorē habebit vnā aut plures: vetulas aut iuuenculas: ⁊ qñ eas ducet: ac si pacifice cū illis habitabit. Ex octaua aūt domo sciet (aiunt) q̄ morte: an aqua/igne/gladio/suspendio aut quouis alio mō interitur⁹ sit nat⁹. Ex nona si nat⁹ pegrinabit: ⁊ quātū: in terra vel aqua: ⁊ quā fortunaz in his sentiet. sil'r si firmiter aut negligēter fidē suā tenebit. Ex decima de statu mr̄is: quēadmodū ex q̄rta de statu pr̄is nati iudiciū fit. Plurimi tñ statū pr̄is a decima inuestigādū putāt. Insup si natus honorē/ptātez aut famā bonā habiturus sit venat. Ex vndecima de amicitia nati: ⁊ ad q̄s psonas erit: sil'r ⁊ de vestimēt⁊ futura dicūt. Ex duodecima domo figurę cęli in natiuitatib⁹ alicui⁹ calculatę/ inimicitię/captiuitates/si q̄s forte aut vnde habiturus sit nat⁹ prę nosci habēt. Seruos sil'r Egyptij ab ista domo dijudicāt. Arabes aūt illud a sexta faciūdū existimāt: ⁊ alia ferme innumera. Minima etiā ⁊ vilia hoīm accidētia hęc pars astrologię de nascēte futura iudicat ex dño natiuitatis horę: almutes/alcochoden hylech ⁊ variū partiū ꝓiectione/ex habitudine planetarū ⁊ stellarū fixarū: ⁊ earundē ⁊ sil'r domoꝝ varijs aspectib⁹ ⁊ directione: quę latius ꝓsequi nō est nostrū/sed alia celerius percurrere.

De laude quattuor doctorū ecclie: ⁊ q̄d de hac pte astrologie senserīt. Ca. XII. Disci.

Prius q̄ sint viri eruditissimi ⁊ sanctitate prefulgidi huic pti astrologię parū tribuētes/vt p̄miseras pauloante edicito: simulq̄ eorūdem sentētias de hac re p̄stingito paucis.

Mag. Hi sunt doctores p̄cipui catholici: quattuor colūnę ecclesię sanctus Gregorius papa. sanct⁹ Hieronymus presbyter cardinalis. sctūs Ambrosius archiep̄s Mediolanēsis. sanct⁹ Augustinus ante ꝯuersionē suā rhetor maximus ⁊ philosophoꝝ acutissimus: post suscęptū vero baptisma episcopus Hipponeñ. per totū mundū celebris doctor ⁊ falsitatis inimicus. Hi sunt (vt testatur pontifex romanus in ca. vnico de reli. ⁊ vene. sanc. lib. vj.) quorum perlucida ac salutaria documēta romanā illustrarunt ecclesiam: decorarunt virtutibus/ ⁊ moribus informarunt. Per ip̄os

doctores ecclesie
Gregorius
Hieronymus
Ambrosius
Augustinus

Bonifacius octauus

pręterea quasi luminosas ardentes lucernas sup̄ cādelabrū in domo dñi positas/erroꝝ tenebris ꝓfugatis totius corp⁹ eccl'ię tanq̄ sidus irradiat matutinū. Dis. Eia ꝓpera: ⁊ q̄d de astrologia hac tenēdū scripserint hi sancti p̄res quos ecclesia tā studiose cōmēdat in mediū ferre graueris minime. Mag. Diuus papa Gregori⁹ in homelia epiphanię accępta occasione ab apparitione stellę quā Magi viderūt in oriēte nato dño/ ꝯ mathematicos orōnē texens: opponit de duob⁹ gemis Jacob ⁊ Esau sil'natis/dicēs: Certe cū Jacob de vtero egrediens prioris fratris plātā manu teneret/prior ꝑfecte nequaq̄ egredi potuit: nisi ⁊ subsequens inchoasset: ⁊ tñ cū vno tp̄e eodēq̄ momēto vtrūq̄ mater fuderit/nō vna vtriusq̄ vitę ęqualitas fuit. Sz ad hęc solēt mathematici rñdere (inquit) q̄ virtus ꝯstellatiōis in ictu pūgentis est. Quib⁹ ediuerso nos dicimus: q̄ magna est mora natiuitatis: si igit̄ in ictu pūcti ꝯstellatio ꝑmutat̄: necesse iā erit vt tot dicāt fata quot sunt mēbra nascētiū. hęc. Gregori⁹. Qui ⁊ post ml'ta alia q̄ astrologis obijcit (ad q̄ ꝓfecto rationabiliter rñdere nequeūt) cōcludit dicēs: Hęc de stella breuiter dixim⁹: ne mathematicoꝝ stulticiā indiscussam pretersse videamur. Q, si nec ista ꝑmouent: attende q̄ eodem loco Priscillianistarū hęresim dicit esse de genituris opinionē astrologoꝝ.

Dis. Sūmū pontificē audiuim⁹: audiamus ⁊ cardinalē. Magi. Diuus Hieronymus p̄sbyter cardinalis sacrę scripturę interpres pręcipuus/in cōmentarijs sup̄ ꝓphetā Sophoniā ca. primo de astrologis dū exortus esset sermo/ait: Hi sunt q̄ eleuantur aduersus sciam dei: ⁊ omne qd̄ gerit̄ in sęculo (fictā sibi scientiā pollicentes) referūt ad ortus stellarū ⁊ occubit⁹: ⁊ mathematicorum sequūtur errores. Jdē super Esaiā. ca. xlvij. de astrologis loq̄ns/dicit: Hi sunt qui vulgo appellant̄ mathematici: ⁊ ex astrorū cursu lapsuq̄ siderum res humanas regi arbitrātur. ⁊ cū salutē alijs promittebant/sua ignorabāt supplicia. Jdē in ca. Sz ⁊ illud. 26. q. 2. requirere stellarū cursus/ ⁊ euentus ex his futurorum rimari obprobriū ęgypti vocat ⁊ idolatrię comparat. Dis. Sufficiunt ad pręsens diui cardinalis dicta: archiepiscopū accedamus Mediolanēsem. Magi. Hic est sanctus pater Ambrosius grādiloquus: qui in quarto libro hexameron ca. quarto de astrologis longum sermonē contexens inter alia: Nōnulli (inquit) natiuitatū tēptarunt exprimere qualitates/qualis sit vnusquisq̄ qui nat⁹ sit: cū hoc nō solū vanū/sed etiā inutile sit q̄rentibus: impossibile pollicentib⁹. Et post probationē suę sentētię ait: Redēpti sunt apostoli ⁊ cōgregati ex peccatorib⁹: nō vtiq̄ natiuitatis suę hora/sz christi eos sanctificauit aduent⁹: ⁊ hora dominicę passionis redemit a morte. Latro dānatus capite ille cū dño crucifixus: non beneficio natiuitatis suę/sed fidei confessiōe ad paradisi ęterna trāsiuit. Jonam in mare nō vis natiuitatis/sz dissimilatio diuinę p̄cęptionis

Gregorius

Genesis

Hieronymus

Ambrosius

Luce. xxiij.
Jone. j. ⁊. ij.

Actuum.xij. xv.et.xxviij. precipitauit ꝛ offensa. Petrū de carcere imminēte morte perimendū angelus christi/nō stellarū series liberauit. Paulū cecitas cōuertit ad gratiam: ꝛ pcussum a vipera turbatūq; naufragio: nō remedia natiuitatis/sed deuotionis merita seruauerūt. Quid de illis dicim⁹ q eoꝝ pcibꝰ cū fuissent mortui resurrexerīt: vtrū illos sua natiuitas/an aplica gra a suscitauit? Et idē totū negociū ħ (.s. iudicādi) plenū ait eē vanitate: ꝛ telę araneę cōparat. Dis. Dur⁹ est hoc diuum Augu. quē pholosophū fuisse acutissimū dicꝭ/auscultem⁹.

De opinionibus philosophorum: de fato ꝛ cōstellatione natiuitatū: quas Augustinus libro quinto de ciuitate dei recitat ꝛ improbat. Capitulum. XIII. Magister.

Augustinus Sanctus Augustinus disputator copiosus/omnem questionē quā tractat radicitus medullitusq; pquirit: vt latentē vel veritatē vel falsitatē fideliter detegat. Vñ cū libro quinto de ciuitate dei cōtra astrologos disputationis rete tendere instituisset: p⁹ fatidicoꝝ ꝛ astrologoꝝ varias opiniōes distinxit: ꝛ breuius priorib⁹ explosis/cū genethliacis varijs medijs cōgredit per capitula ferme decē prima. Lōgū esset omnia hęc epitomati nostro integra inserere. Dis. Longū etiā ꝛ minus necessariū: cū paucis planisq; verbis intētionē tāti doctoris edicere possis. Ma. Si possum incertū habeo: obsequi tñ tibi in hoc quoq; nō abnuo. Distinguēs itaq; Augustinus fatidicoꝝ ꝛ astrologoꝝ sectas in ca. p̄mo libri ꝑfati: primos ponit q dicunt oīa euenire fato. i. voluntate ꝛ ptāte dei. Dis. Illos ne male sentire arguit? Ma. Mimime: sed vt sentētiā teneāt ꝛ linguā corrigāt admonet. Dis. Quapropter? Mag. Quia fatū homines quādo audiūt/vsitata loquēdi cōsuetudine nō intelligūt: nisi vim positionis siderū qualis est q̄ quis nascit siue cōcipitur. Dis. Secūda igitur opinio ē illorum qui omnia fato/id est vi siderū initialiū euenire arbitrant?

Mag. Scire intulisti: sed inter hos rursum Augustinus discernit. Quidam enim sine voluntate dei decernere opinant siderа quid agamus vel quid bonoꝝ habeamus: malorumue patiamur. Dis. Tales haud dubiū explodit. Mag. Quinimo ꝛ ab auribus omniū repellēdos ait: nō solū eorū qui verā religionē tenent: sed qui deorum qualiumcūq; licet falsorum volunt esse cultores. Dis. Qua de re? Mag. Quia (inquit) hęc opinio aliud nō agit nisi vt nullus oīno colatur deus. Dis. De hac secta nōnullos nostrę fidei hoīes esse arbitror: qui rogationes/leranias et processiones cōmunes pro pace: aut salubri aura a populo factas subsannantes frustra fieri calūniant. Sed q̄d mihi de his? aliud dictę diuisionis membrū ꝓsequere. Mag. Eorum qui om-

nia vi siderũ euenire credũt: nõnulli sidera quidẽ/quę nob̃ futura sũt ꝓ arbitrio decernere opinant̃: sz accępta potestate a deo. Dis. Quid isti? Mag. Magnã inq̃t cęlo faciũt iniuriã. Dis. Quã? Mag. Quia in eius velut clarissimo senatu/ac splendidissima curia opinant̃ scelera faciẽda decerni. qualia si aliqua terrena ciuias decreuisset genere humano decernẽte/fuerat euertẽda. Dis. Quid si dicerent sidera nõ ꝓ arbitrio illa decernere: sz in talib̃ ingerẽdis dei oĩno iussa cõplere? Ma. Quarta hęc positio ẽ ꝑcedẽti crudelior. Dis. Quapropter? Ma. Quia de deo sentiendũ tradit qd̃ indignissimũ visũ ẽ de stellarũ volũtate sentire. Oẽs iã dicti philosophi qꝛ ex stellarũ ĩfluxu necessario euenire existimãt q̃ fiunt/hodie quoqꝫ a sapiẽtiorib̃ astrologis tãq̃ꝫ falsarij reprobãtur. Dis. Hac forte Ptolemei sententia potissimum pauloante posita: qua ait. Uir sapiẽs dñabit̃ astris. Mag. Ea ipsa: ⁊ alijs multis. Quinta igit̃ positio est generalis: ꝙ stellę nec ꝓ libito futura decernũt (qꝛ vt dictũ est supra: animatę nõ sunt) nec decreta dei nec necessario vẽtura in nobis explẽt: qm̃ deus hoĩez in manu cõsilij reliquit. ait Sapiẽs. Sed ex natura sua ⁊ influẽtia a cõditore accępta/homĩes resqꝫ terrenas alterãt: ⁊ ad ea de quib̃ supra pauca cõmemorauim⁹ inclinãt: cui inclinationi hõ si vult cõtraire poterit. Dis. De hac opinione Aug. quid sentit? Magi. Non mediocriter doctoꝝ hominũ fuisse ait istam sententiam: vt dicãtur stellę significare potius istą q̃ꝫ facere: vt quasi locutio quędã sit illa positio siderum: prędicens futura/nõ agens. Dis. Aliorũ istã fuisse sententiam nec ego dubitauerã: sed eã Augustinus approbaret nec ne audire volui. Mag. Quãtũ ad ea quę ex libero arbitrio dependet/positionẽ istam nequaq̃ꝫ approbat: sed in sequẽtib⁹ fortiter expugnat: ⁊ ꝓpria astrologorum principia in tela cõmutãs eos confodit vndiqꝫ: ⁊ q̃ꝫtum ad cętera ab astrologis ex natiuitatibus vaticinata/similiter incertã hanc positionẽ ostẽdit. Tu si qñ vacabit ibidẽ lege ⁊ relege. nõ em̃ prima fronte omni legẽti doctoris mens ⁊ argumẽtorum vis patet.

Ptolemeus

Opinio veri or de fato

Ecci. v.

In quibus libris Augustinus astrologiã de natiuitatibus improbet: ⁊ similiter ceteri Theologi: Canoniste ⁊ sancti prophete. Capitulum. XIIII. Disci.

Apparet ex prępmissa opinionũ dilucidatione insipienter nimis a nõnullis respõsum esse: Augustinuz cęterosqꝫ sctõs doctores nõ nisi hos astrologos reprehendisse qui necessitare astra nos docent. Magi. Cęteri in cõi oẽs indistincte simul reprehendunt ⁊ haud dubium positionem imponentem necessitatem tanq̃ꝫ blasphemam in primis reijciendam volunt. Augusti-

nus vero ꝑticularius ꝑdictas positiões segregãs/vltimã q̃ verita ti minus videt cõtraria: ⁊ iõ forte tãto periculosior quãto apparet ꝓbabilior/diligẽtius eliminat. Et in capitulo q̃nto astrologiaꝫ nõ artẽ/sꝫ vanitatẽ vocat: ⁊ in fine ca. septimi nll'ã hãc artẽ eẽ astruit. Omitto quę libro secũdo sup Genesim ad litterã: ⁊ libro octogi- tatriũ q̃stionũ q̃stione quadragesima quinta de astrologis ponit. Idẽ libro secũdo quęstionũ ve. ⁊ no. testamẽti. quęstione. xvj. in fi- ne ait: Astrologi em̃ inimici sũt veritatꝫ. Et lib. iij. de q̃stionib⁹ no. ⁊ ve. testamẽti capitulo decimooctauo diffusissime ꝯtra fatũ ⁊ ma thematicos multis ac varijs argumẽtis disserens: In ꝑncipio ait nihil tã ꝯ christianos q̃ꝫ si arti matheseos adhibeant curã: hęc em̃ inimica dinoscit legi dei. Et paulo ĩfra dicit. Hãc em̃ astutia ⁊ sub tilitas inuenit diaboli. Et circa finẽ: Fugiendũ omnib⁹ modis ab hac arte monemus: curiosi enim eius inimici dei sunt: ⁊ sine solli- citudine nũq̃ꝫ sunt. semꝑ em̃ suspensi expectant quod minime cer tum sciunt. Ipse etiã sermone sexto de Epiphania vocat hanc ar- tẽ stulticiã sacrilegã ⁊ indoctã doctrinã. Et ibidẽ ait: De genituris hominũ vani homines loquunt quod insipienter opinant. In ser mone quoq̃ꝫ de verbis domini: quib⁹ dicit: Ego sum vitis vera ⁊c. ait: Conuerso tibi indulgentiã deus promisit: sed crastinuꝫ diẽ ti- bi nemo promisit: aut si forte ꝓmisit mathematic⁹/longe aliud ẽ. O deus (exclamat) q̃ꝫ multos mathematici fefellerũt: qꝛ sibi plęrũ q̃ꝫ lucra promiserũt: ⁊ damna ĩuenerũt. Et homelia. xiij. ait: Pro- misit diẽ crastinũ mathematicus vt dãnet te ⁊ illũ. ⁊ ad Januariũ scribens dicit: Mathematicoꝝ delyramẽta cũ detestatione irridẽ- da sunt. In secundo libro de doctrina christiana/ dicit eos nimis errare: ⁊ genus fornicationis animę Astrologiã vocat. 26. q. 2. c. illud. Reliqua tantoꝝ viroꝝ testimonia: similiter ⁊ theologorum posteriorũ/videlicet Alexandri de Ales Bonauẽturę Scoti ⁊ ali orum breuitatis cã libet ꝑtrãsire. nec em̃ isti a prioribꝫ dissentiunt: sed ⁊ ipsi influxum cęlestiũ in elemẽta ⁊ elemẽtata agere cõcedũt. Rationeꝫ quia a sensibilibus ⁊ potẽtijs organicis species haurit per accidẽs ⁊ multũ a remotis ⁊ in generali a cęlestib⁹ moueri non omnino adimũt: sed nõ ad ea quę astrologorũ traditiones cõtinẽt: voluntateꝫ vero omnino esse liberã ⁊ isti ⁊ catholici omnes dicũt.

Astrologia non ars sed vanitas est

Dis. Sancti patres ⁊ theologi nominati fortasse astrologiã dis suaserunt/de ipsius principijs ⁊ experimẽtis min⁹ edocti. Ma. Si diuos patres astrologię ignaros fuisse credis: lege Ambrosiũ loco pręallegato: ⁊ Augustinũ libro quarto confessionum: ⁊ inue nies quo suspitionẽ hanc a mẽte tua repellas facillime. multũ em̃ temporis in hac attriuisse: ⁊ vix tandem falsitate cõperta desinisse ab hac vanitate deo cõfitetur. s. Aug⁹. Sic quoq̃ꝫ ⁊ ĩ alioꝝ codi cibus hęsitationis tuę medelã poteris inuenire: oẽs em̃ nõ alienis armis cũ astrologis ꝯfligũt/ sed (qđ doctoꝝ est) ꝓprijs principijs

vaniloquos redarguũt. Sacri insup Canones illoꝝ dicta appro bãtes/astrologiã ꝓhibẽt.26.q.2.c. Illos planetarios.sunt verba sancti Augustini li.4.ꝯfessionũ:ꝛ.c.sed ꝛ illud.q̃ sunt verba beati Hieronymi. Et de sortilegijs.c.ex tuarũ. Papa Alexãder tertius clericum q̇ bono zelo ꝛ ex simplicitate ꝑ astrolabij inspectionẽ furtũ cuiusdã ecclesię inquisiuit/ꝑ annũ a celebratione suspendit:dicẽs id grauissimũ esse/ꝛ nõ modicã inde maculã peccati ꝯtraxisse.

Dis. Talis papa si hodie viueret/sacerdotes nostros quos nominare possem/forte in perpetuũ inhabilitaret. Ma. Quid faceret nescio:verũtamẽ ipsis intime cõpatior. Sed si forte illos nõ mouẽt quę prelibata sunt: nõ operosum erit domini sententiã de hac re in mediũ ꝓferre. Dis. Proferas quęso. Mag. Nõ ego/sed Esaias ꝓpheta nobis hãc edicat. Dis. Magis gratũ accipio: quid ait? Ma.c.47.ex persona domini dicit babylonijs: Stẽt ꝛ saluẽt te augures cęli q̇ ꝯtẽplabant̃ sidera:supputabãt mẽses vt ex eis annũciarent ventura tibi:ecce facti sunt quasi stipula:ignis cõbussit eos:nõ liberabant animã suã de manu flãmę. Et quod in nostris libris dicitur/augures cęli:septuaginta ĩterpretes trãstulerunt/astrologi:dicit sanct⁹ Hieronymus ibidem.vbi etiã ponit testimoniũ ꝑm pauloante expressum. Dis. Quãuis prophetarũ testimonia sine aliqua hęsitatione recipi debeant.ꝑ ipsos em̃ locutus est spiritussant⁹:sicut in symbolo canit ecclesia.tamen aliud si habes propheticũ testimoniũ proferas:vt quasi in ore duoruz firmius appareat testimoniũ. Mag. Per Hieremiã:dñs populo suo astrologiã ĩterdixit capitulo decimo sic dicẽs: Juxta vias gentium nolite discere:ꝛ a signis cęli nolite metuere quę timẽt gẽtes. qꝛ leges populorũ vanę sunt.sup quo loco diuus Hieronym⁹ ait De his loquitur qui a cęlestib⁹ extimãt regi humanum genus:ꝛ ex causis cęlestium terrena moderari.

Esaias

Hieroniym⁹

Hieremias

Hieronym⁹

Cur multi adhuc Astrologie fidẽ habẽt propter paucas expientias:ꝛ nõ potius respuũt eã propter ĩnumeras fallacias: etiã iuxta sctĩ Augustini sniam ĩstinctu demonũ inductas. Et qualiter sctũs Sebastian⁹ astrologiã cõfutãdã docuit. Ca.XV. Magi.

Verũtamẽ qui astrologię calicẽ epotauere vsq̃ ad fęces etiã ad hęc rñdẽt:nõ esse intelligẽda nisi de his q̃ astra colebãt ꝛ ex his omnia necessitate quadã fieri credebãt. Dis. Nõ mouebit me hęc callida glosula:cũ apertissima sint doctoꝝ ꝛ etiaz dñi verba. Quinimo si quid probabilitatis habere videret̃ astrologia hęc de q̃ loquimur:abijciẽda tñ esset:cũ sanctis patrib⁹/sacris

canonib⁹ ⁊ diuinis scripturis visa est ad minus vehemēter suspecta. Nō mediocriter etiā (vt ego quoq; aliud addā) suspectā reddiderūt astrologiā: quę ꝯtra mathematicos sanctus Sebastianus miles christi integerrima fide corā Cromatio romanę vrbis p̄fecto disserit/in integra ipsi⁹ legenda ꝯtinet̄. Cū em̄ (q̄zuis omnib⁹ simulacris in domo dicti pręfecti ꝑ sanctū Sebastianū ⁊ sanctū Policarpū destructis) Cromatius iuxta cōdictū sanctoꝝ sanari a podagra nō potuisset: donec ⁊ op⁹ astronomicū (in quo oīs disciplina stellarū arte męchanica ꝯstructa erat) frāgeret̄: patenter ostēsū est artē istā deo esse odibilē. Uñ ⁊ sanct⁹ policarpus presbyter Cromatio quęrēti: q̄d mali illi īesset/ cū nullo ritu sacrificioꝝ hoc op⁹ coleret̄? Rñdit. Artē hāc esse deo inimicā: ⁊ q̄ in opere erant fabricata omnia ministeria esse falsę decęptionis. Sebastianus quoq; intulit omnia ista vanissima esse/ ⁊ falsa christo reuelāte cognouimus: quę tibi nūc manifestius aperiemus. Pręcipe (inquit) hodie ad te mathesis doctorem venire: cui dicas illo tēpore asperis te casibus laborasse: ⁊ inquire per quas stellas hoc tibi euenerit malū. responsa ei⁹ erūt ꝓculdubio: ꝙ tempus tuū a malicioso marte suscęptū est: aut saturnus apostaticus siue retrogradus fuerit. ⁊ cętera quę ibi legunt̄. Age nunc (inquit rursum Sebastian⁹ p̄fecto) interroga alterū mathematicū cui ipsas horas in bonis tibi exuberasse casib⁹ dicas. ilico videbis tibi eū rationabilia scęmata infinita offerre: quib⁹ approbat: qꝛ in ipsis tēporibus tibi euenire debuerint bona: quę ante ille dixerat mala. circulū etenim tenet ex omni parte collectū: in quo diuersas ⁊ varias causas accipit: ex quibus occasionē accipiet dicēdi q̄d velit. Hęc sctūs Sebastianus. Prętermitto q̄d opponit ibidē: qualiter vno naufragio duo diuersis tēporibus nati perire p̄nt. Similiter ⁊ in vno prelio innumerabilis multitudo prosterni: qui vtiq; eandē constellationē nō habuerūt. Et quidē homini christiano sola istec sufficere p̄nt ad cōfutandaꝫ vanorū astrologoꝝ insaniā. Ma. Nimirū. sed nequeūt febre correpti de potus differētia sane iudicare: nec (vt Quintilian⁹ ait) facile q̄d ꝑsuadet̄ inuitis: ⁊ vt sanct⁹ Augustin⁹ habet libro sexto de ciuitate dei capitulo primo: Nimię stulticię vel pertinacię/ nulli quāticūq; numeri libri satis esse possunt. Et vt pręuidit regius ꝓpheta: Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: omnis sapientia eorum deuorata est. ⁊ apostolus: Euanuerūt in cogitationib⁹ suis: ⁊ obscuratū est insipiens cor eorum. dicētes em̄ se esse sapientes stulti facti sunt. Dis. Quō autem nō facile multam fidem astrologię habet qui iam dictas scripturas ignorat: ⁊ crebras experientias ꝑ hanc videt? Cum experientia sit efficax rerum magistra. Mag. Experientias multas apparuisse in astrologorū iudicijs inficiari arbitror niminem: sed istę comparatę erroribus quibus decipiunt̄ ⁊ alios fallunt quasi nullę videntur. Tanta autem (vt ita dicam)

s. Sebastiani confutatio contra astrologos.

Quintil⁹ Augustinus

ps. cvj. ad Roꝝ. j.

De elect. c. q̄ si. li. vj.

hereditaria quadā successione ab Eua omniū matre: q̄ prima p̄ curiositatis vitiū decepta est/ad nos descēdit leuitas/mira credendi facilitas/aut verius dixerim fatuitas: ⁊ prenoscēdi futura cupiditas: vt multo magis mathematicis imperitis credamus q̄ scripturis ⁊ doctoribus sanctis oppositū p̄suadētib: si vel inter centū errores vnū verum ab his ꝯiecturatū magis q̄ ex cōstellatione p̄uisum euenire cōtingat. Vn̄ accidit qd̄ ait Petrarcha: vt sine vlla suspitiōe libere mētiri possit: p̄ eo q: semel potuere nō mētiri. De istis aūt loquor qui quotānis vaticinant̄ de illis euētib q̄ ex causalitate celestiū expectari (contradicente naturali ratione) minime possunt. Simil'r ⁊ de his qui ex natiuitatū cōsideratiōe ea q̄ in domoꝝ explanatione numerata sunt: ⁊ alia fere infinita de nascētib augurari frustra conant̄. de quib ⁊ diuus Augustin⁹: vt supra tactū est in fine capituli septimi libro quinto de ciuitate ꝯtra astrologos disputationē suā cōcludendo ait: His oīb cōsideratis nō immerito credit̄: cū astrologi mirabiliter multa vera respondeāt/occulto instinctu fieri spirituū nō bonoꝝ: quoꝝ cura est has falsas ⁊ noxias opiniones de astralibus fatꝫ inserere humanis mētib atq; firmare: ⁊ n̄ horoscopi notati ⁊ inspecti aliq̄ arte/que nulla ē. Idē dicit libro sedo sup̄ Gesim. ad lr̄az. vbi cōcludēdo subiūxit. Quapropter bono christiano siue mathematici siue q̄libet īpie diuinātium/maxime dicentes vera cauēdi sunt: ne consortio demoniorū animā deceptā pacto quodā societatis inretiāt. Hec ibi.

Franciscus Petrarcha.

Augustinus

Excusatio auctoris q̄ nō magis particulariter p̄ncipia astronomie discussit. Et quāta inter Astrologos diuersitas ⁊ contradictio sit. Capitulum. XVI. Dis.

Nisi epitomatis angustia vrgeret/sermonē ab his ad alia q̄ supsunt conuertere p̄cib repetitis pulsarē: donec p̄ncipia astrologie rōnib ⁊ argumentis philosophicis cribares: vt sub paleis si q̄ solida latitāt grana apperēt. Ma. Nō deessem tibi nec q̄dē in h̄: nisi veridica relatiōe añ hos dies didicissez quēdā comitē Mirandulanū in philosophia eruditissimū duodecim (vt aiūt) libris disertissimo stilo ⁊ efficacissimis medijs id p̄fecisse. Ueniēt haud dubiū successu tp̄is lucubratiōes tā studiose conscripte ad man⁹ tuas: q̄b animū tuū oblectare sil' ⁊ veritatis agnitiōe firmare poteris. mihi satis erit de hac re quēadmodū ⁊ de alijs maiorū nr̄oꝝ ⁊ patrū recte philosophātiū sententias cōmemorasse: q̄b tn̄ astrologi irasci nulla recta rōne possunt. Ipsi em̄ priores astrologiā suspectā reddiderūt: dū alter alteri⁹ dicta reprehēdit ⁊ experientia aliud inuenisse testat̄. Nam in diuisione zodiaci in signa Chaldei nominatissimi astrologi ab alijs dissentiunt: non signa

Extant istius modi opera Pici vndecūq; splendidissima.

duodecim: sed imagines vndecim ponētes: nec eiusdē latitudīs/ nec longitudīs. Sed nec planetis domos assignāt altitudies seu exaltatiōes tm̄ considerātes. Alij autez ⁊ si in signis graduumue diuisiōe cōueniāt: in partitiōe tn̄ domorū duodecim tātū pugnāt vt cui opinioni ꝯsentias nulla argumēti vis ostendat: nam plēs gradus alij in illa/ in altera pauciores collocandas statuūt. Ita fit vt planeta q̄ ab alijs in prima domo collocatur: ab alio in secūda vel duodecima posit⁹ inueniat̄. Inde ⁊ aspectus domorū/ dominatiōes ac cęterę vires multipliciter variant̄. Planetā quippe quē in prima ⁊ angulari domo fortē credūt: in duodecima virib⁹ destitui volunt. Et reuera mirū ⁊ phię ꝯtrariuz: stellam in quarta sub terra plus efficacię ⁊ influxus habere in nascentē q̄z supra finitorem collocata in vndecima aut duodecima domo cęli. qd̄ non nulli attendētes cōi traditioni ꝯdicūt: ⁊ stellas ī domib⁹ supra horizonta fortiores credūt q̄z infra ipsū. Dicant si possunt/ ⁊ rationabiliter dicant: cur planeta circa finē noni domicilij nō tātū aut pl⁹ possit q̄z circa terminū decimi vel in medio quarti. Eapropter ⁊ ip si fluctuant: nūc illā/ nūc aliā fortiorem p̄dicant. Vn̄ Ptolemęus aliqn̄ vndecimā domū orienti in fortitudine p̄ponit: aliqn̄ cōtrariū sentit. Mediū cęli oib⁹ p̄fert. Messahala: ⁊ Aboasar oriētem p̄locāt. sed de his satis. quantū in significationib⁹ domoꝝ dissentiant partim tactū est cum easdē recitarem⁹. In distributiōe autem facieꝝ ⁊ terminorū miro modo discordant. nec mirū: qn̄ ⁊ in naturis planetaꝝ diuersa enunciant. Nōne venerem Abenragel ⁊ Alchibicius frigidā ęstimāt: eregione Aboasar ⁊ Ptolemę⁹ calidā ipsam affirmāt? In mercurio nō min⁹ dissentiūt: ⁊ nec in luna quidem nobis proxima ꝯueniūt. Et si in qualitatib⁹ huiuscemodi aberrent/ danda est venia: cū de bonitate aut malicia planetarū non per om̄ia ꝯcordāt. Sup oēs aūt ridendi sunt: q̄ capiti ⁊ caudę draconis pūct; pure imaginarijs efficaciā aliquā inesse credūt: ita vt etiā annis nati aliq̄d addāt. Quis p̄terea vnq̄z ꝯcordabit litem q̄ adhuc sub iudice est: de radiatiōib⁹/ directionib⁹ ⁊ ęquationibus dieꝝ? De annis aūt fridarijs ob nimiā dissonantiā piget vel modicum q̄d dicere. attende q̄so in duobus pluribusue ꝓnosticis annuis quot errata/ q̄t ꝯtia ⁊ pene nulla sine formidīe de opposito enūciata. nōne frequēter circa idem vacillāt/ cū dicūt mortalitatē vel bella ex malicia saturni vl' martis in aliquo domicilio significari? benignus iupiter forte maliciā eorū mitigabit: vt qd̄cūq̄z euenerit id astrologum p̄dixisse inuenias. Ita pariformiter cū pluuiā venturam aliquo tpe p̄nunciant: frequenter addūt aliorū planetaruz radiationes: propter quas serenitas saltem in aliquib⁹ locis eueniet. Raro p̄terea de dn̄o anni concordant. Dis. Omne autez regnū in se diuisum desolabit̄: ⁊ domus supra domū cadet: Dominus in euangelio testat̄. sed forte ꝯrietatē in eorum libris esse ne-

Ptholemeus

Messahala

Aboasar

Abenragel

Alchibicius

Mat. xii. b.

ſed dulcia ad nos perueniũt: ⁊ dulcia cõtinuo reintrãtia reſiſtũt/ ne mare ſp amarius ⁊ magis ſalſũ fiat. Sũt tñ q̃ ipm a primordio amarũ creatũ aſſerũt. Diſ. De fluxu aũt ⁊ refluxu maris qui eo dẽ die (vt aiũt) bis aut quater fieri ſolet: q̃d affers? Ma. Huius cauſa ad lunã humidoꝝ dominatricẽ referẽda eſt. ad ipſius eq̃dez cremẽtũ ⁊ decremẽtũ hũores pene vniuerſoꝝ mutari certũ eſt. Vñ luna ſub ſole currẽte (qõ in nouilonio euenit) lumẽ vtriuſq; impeditũ aerẽ ſubtiliare nõ põt: qui ingroſſatus in aquãvertit: fitq; maris cremẽtũ in ſubſtãtia. qõ efflux⁹ neceſſario comitatur. Luna vero in oppoſito ſolis cõſiſtẽte qõ in plenilunio cõtingit/ totũ lumẽ ſuũ inferioribꝫ tranſmittit: nec ſolis lumẽ quo minus maria reſpiciat phiber. Hinc aqua maris: q̃ ob ſui groſſiciẽ vapores ꝓtinet rare fit/ aſcẽdit ⁊ effluit ad inſtar lactis calefacti. Eſt aũt hoc cremẽtũ nõ in ſubſtãtia/ ſed accidẽte ꝑ rarefactionẽ. In quartis aũt iterpoſitis nũc creſcit ⁊ nũc diminuit/ ex cauſis ſuꝑiꝰ. vñ in prima q̃rta lunationis decreſcit mare in ſubſtãtia. in ſecũda augmentat accidentaliter rarefactiõis via. In tertia rarefactio decreſcit: ꝓpter luminis decremẽtũ. in quarta qua iã ſoli appropinquat/ rurſus ſubſtãtia maris augetur per aeris inſpiſſationẽ. Quãtũ aũt ad quartas diei naturalis/ mare lunę motũ imitat. Dũ em̃ luna ſup horizonta verſus cęli mediũ aſcẽdit: creſcit ⁊ fluit mare. luna ꝯo a medio cęli ad occaſũ declinãte/ decreſcit mare ⁊ refluit. Rurſus luna ab occaſu verſus angulum noctis ꝓgredięte/ mare creſcit ⁊ fluit. ipſa aũt ab angulo noctis verſus orięte aſcẽdẽte/ decreſcit ⁊ refluit. Diſ. Si fluxus maris motũ ⁊ lumẽ lunę imitat; maria ſupra

Fluxus ⁊ refluxus maris

Macrobius.

horizontem a q̃ intumescũt ⁊ fluũt/luna sub horizonte gradiẽte?

Mag. Sequũtur motũ ipsius lunę ꝯcurrẽte lumine a stellis et parte cęli oppositis reflexo. ea autẽ supra horizonta morãte idẽ fit lumine directo ⁊ modo fortiori. virtutes em̃ reflexę debiliores sũt virtutibꝫ directis: qꝛ ab origine sunt magis elongatę. Dis. Ex h̃ ergo ratio patet: cur nũc fluxus diurni/nocturnis sunt fortiores: nũc debiliores: ⁊ ecõtrario. Mag. Nõ tm̃ ex iã dicto huiꝰ causa sumi põt/cũ reflexum lunare lumẽ tãti vigoris nõ sit: sed ex p̃dictꝫ de cremẽto substãtiali ⁊ accidentali: insup̃ ⁊ ex distãtia/aut ꝓpinq̃tate maiore. Uñ luna existẽte in auge ecentrici ⁊ epicili/fluxus debiliores sunt: eo ꝙ tũc maxime sit elõgata a terra. In oppositis vero partibꝫ terrę maxime est ꝓpinqua: ideo tũc fluxus fiũt fortiores. Similiter si luna in circulo meridiano ipsi zenith fuerit magis ꝓpinqua. Coopantur ad hoc stellę fixę: quibus luna ꝯiungit̃. similiter ⁊ planetarũ ꝯcursus: ⁊ mora super horizõta. Uñ si taliũ plures causę coierint/nõnũq̃ duluiũ p̃ticulare efficiũt. Sic ⁊ nõnulli diluuij generalis causas assignare conati/plurimoꝝ planetaruꝫ ꝯcursum in Cãcro calculationibꝫ se inuenisse dixerũt. At vero illõ sine rõne: cũ huiuscemodi ꝯstellationẽ ducẽtis ⁊ ampliꝰ annis diluuiũ p̃cessisse cõp̃tũ sit. Dis. Unde aũt est cũ dictę causę non tm̃ mare/sed etiã cętera flumina respiciãt: ea tñ ĩtumescere nõ faciũt?

Diluuiũ particulare.

Ma. p̃ter dictas causas accedit etiã aquarũ dispositio: q̃ est spissitudo/salsedo/⁊ in vno loco status tp̃e lõgo. Per spissitudinẽ aq̃ spũs ꝯcęptos fortiter retinet: ⁊ in spumã vertit̃. a salsedine generalẽ habet calorẽ. ⁊ a statu in vno loco multoꝝ p̃ solẽ recipit spirituũ generationẽ. Hęc qꝛ nõ in oĩbꝫ maribꝫ ęque fortia sunt/nec in fluminibꝫ dulcibꝫ rep̃iunt̃: ideo fluxus ⁊ refluxus in maribꝫ nõ est ęq̃lis: ⁊ in fluminibꝫ aut nullus/aut ita modicus vt p̃cipi facile non possit. Sic ⁊ mare mortuũ ꝓpter nimiã eius grossiciez a lunę influentijs moueri nõ põt. dicit Alberthus. Horizon autem qꝛ vbicũq̃ locoꝝ variat̃ accessus ⁊ recessus/in maribꝫ variari necesse est. Sũt aũt q̃ motibꝫ occeani alias ab his q̃ positę sunt rõnes afferũt. Aiũt em̃ in mari abyssum ꝓfundissimã: de q̃ rupti sunt fontes abyssi ⁊c̃. Juxta quã ⁊ cauernę non p̃uę: in quibꝫ de spiramine aquarũ venti cõcipiunt̃. qui aquas maris p̃ patẽtes terrarũ cauernas in abyssũ attrahũt: ⁊ ea exundãte rursus magno impetu repellũt. Hos autẽ ventos spũs ꝓcellarũ intelligũt: q̃ ab influxu lunę/⁊ ne vacuũ sit in natura frequẽtiꝰ mouent̃. Alias causas breuitatꝫ gr̃a trãseo.

Alberthus Plinius

De terre motu. Ca. XVII. Magi.

Ex his etiã tremor terrę ꝓuenit. Cũ em̃ in visceribꝫ terrę vapores obstructi exeũdi locũ nõ ĩueniũt: ĩ die p̃ radios solares calefiũt ⁊ subtiliãt̃: rursus ãt p̃ nocturnũ frigꝰ ĩgrossantur: ⁊ vtroq̃ mõ moti exitũ q̃rẽtes/latera terrę ⁊ cauernaꝝ ꝯcutiũt nõnũq̃ etiã rumpunt; ⁊ terrã tremere faciunt, sępius aũt in nocte.



Colles fiunt. Q, si exitū nō inueniūt: nōnūq̄ terrā ad modū mōticuli aut collis eleuāt: quā si rūpūt/cineres ⁊ lapides eijciunt. Foueas magnasq̄ voragies causant: q̄ si circa flumīa eueniūt: ipa ad distātiā aliquā tota absorbēt. Si aūt in alueo exierīt hi īclusi spūs aquā extra terminos ripaꝝ eijciētes: ꝑticulare diluuiū efficiūt. Dis. Sane. Sz ob quā cām nōnūq̄ pestis terrę motū comitat̄? Mag. Spūs hi iuclusi si venenosi fuerint/exeūtes aerē corrūpūt ⁊ īficiūt: ex q̄ pestilētiā ꝑticularē saltē in locis vbi hęc accidūt seq̄ necesse ē. Dis. Fortasse illi⁹ eccl'ia meminit in bn̄dictōe salis ⁊ aq̄/cū dicit: Nō sit ibi spūs pestilēs ⁊ aura corrūpēs. Ma. Nimirū: cū ⁊ ptātes tenebrarū his spiritib⁹ multotiēs vtant̄: aut vt hoīes lędant in corpore: aut sensus alienēt ⁊ visionib⁹ decipiāt. Ab his nōnūq̄ oculi ⁊ vultus eoꝝ q̄ subterraneos specus aut antra ingrediunt̄/īmutātur: maxime aūt eoꝝ q̄ a dęmonib⁹ respōsa accipiūt/q̄ in huiuscemodi antris dare solent. Sed hęc eo loco latius discutiēda sunt quo necromāticoꝝ figmēta cōfutabuntur.

Diluuiū particulare.

Pestis seq̄tur terremotū.

De Uentis. Capi. XVIII. Disci.

Uentus

Num ⁊ a talib⁹ cauernis mōtiuz vēti egrediunt̄? Ma. nō oīno inficior. Uēt⁹ em̄ vt patebit/exhalatio est calida ⁊ sicca: quā etiā in visceribꝫ terrę generari certū ē: q̄ egressa ⁊ lateraliter circa terrā mota vēt⁹ noīatur. Dis. ad hoc fortasse alludere videt̄ ꝙ Uergi. Aeolū cuspide lateribꝫ mōtis infixa educētem vētos scribit. Et illud dauidicū: q̄ ꝓducit vētos de thesauris suis. Sed edicito cōem vētoꝝ originē. Ma. Uēt⁹ vt p̄missū ē/ē exhala

Uergilius enei. j.

Ps. xxxiiij.

tio calida ⁊ sicca lateraliter circa terram mota. Cũ em̃ calida sit/ aeris regiões trãsire nitit̃: frigus aũt medię regionis obuiãs eam deijcit: q̃ (rõne caloris q̃ fortiꝰ i ea ꝓpter terrestreitatẽ tenet̃) reascẽdit: ⁊ rursus a frigore cũ ipetu versus terrã deijcitur: ꝓpt̃ calorẽ ãt quo semꝑ in altiora tendit/ sil'r ⁊ ꝓpter aliarũ exhalationũ occursũ nõ directe versus faciẽ terrę/ sed lateralit̃ mouet̃ ⁊ vẽtꝰ/ spũs/ seu flatus d̃r. Dauidis aũt dictum glosa exponit/ de ocultis causis.

Dis. Cur aũt hec exhalatio cũ calida sit nõ vt hę e q̃bus ignitę fiunt impssiones accẽdit̃? Mag. ꝓpter vnctuositatis carentiã: de qua si quiddã habuerit nõnunq̃ accendit̃: ⁊ ventus fit quẽ gręci τύφων αποτουτυφω id est incendo nominant. Hic fit dum exhalatio terrestris vnctuositatis nõ omnino expers/ in nube conclusa per foramẽ egreditur: ⁊ pars egressa a terra resiliẽs/ rõe caloris rę ascendens/ ꝑti alteri descẽdenti circulariter inuoluit̃: arbores qñq̃ eradicat: tecta atq̃ ędificia alta deijcit: ⁊ inflãmata ad istar rotę ardentis apparet. Si vero exhalatio tota simul a nube egressa atq̃ frigore versus terrã ꝓiecta accendit̃: domos aut villas consumit. ⁊ a vulgo diluuiũ ignis: ⁊ ab alijs ethnephias dici solet. Cuꝫ aũt duo venti oppositi ęq̃ fortes cõcurrũt: aut vnꝰ a resistente fortiter repcutit̃/ aut descendẽs de aere supiore/ aliũ a terra ascendentem ventũ obuiũ habuerit: ꝑ gyrũ inuoluunt̃: pulueres/ folia/ paleas ⁊ similia a terra eleuãt. ⁊ turbo d̃r. Dis. Uentos oppositos quos dicis? Mag. Quorũ origo est ab oppositis terrę ꝑtibus. Quattuor equidẽ sunt venti principales a quattuor mũdi plagis oriẽtes: quoꝝ q̃libet duos habet collaterales: fiũtq̃ numero duodecim. vt subiecta admonet descriptio. Hi oẽs in origĩe calidi sũt et sicci: sed a terris diuersis ꝑ quas flare solent/ diuersas qualitates sortiuntur: ⁊ in progressu ex ꝑmixtiõe exhalationũ q̃s reperiũt augent̃. Flatꝰ aũt ipsorũ nõnũq̃ ex defectu caloris intercipit̃: calore aũt vigorato restauratur. Pluuię etiã calor adurẽs: aut frigꝰ intensum poros terrę cõstringẽs/ vẽtos abscindũt. ex his nãq̃ exhalatio ⁊ mat̃ia vẽti aut absumit̃: aut eleuari ꝓhibet̃. Sed ne hoc q̃dem silentio trãsire fas ẽ: vẽtos scꝫ collaterales nauitis maria sulcantibꝰ multo plures esse cognitos: s̃m q̃s vela regere nouerunt, Concursu etiã mariũ nõ mõ collaterales/ sed etiaꝫ ꝑncipales oriri pñt. Nã duę reflectiones in occidentẽ: vna in septẽtrionẽ/ aliã i austrũ zephyrũ generãt. duę in orientẽ se diuidẽtes/ eurũ procreant. Oriental' aũt ⁊ occidẽtalia in septẽtrione ꝯcurrẽtes boreã/ in austro vero austrũ causant. Si oriẽtalis vergẽs i austrũ velocior sit occidẽtali: fit vẽtus mediũ inter zephyrũ ⁊ boreã. Si aũt occidẽtalis velocior fuerit: fit vẽtꝰ medi⁹ int̃ boreã ⁊ eurũ. Pariformit̃ ⁊ in alijs est videre. Uerũtñ non semꝑ ad nos deueniunt vẽti a q̃tidianis his fluctibus geniti. Interdũ etiã cardinales noĩbꝰ collateraliũ/ ⁊ collaterales noĩbꝰ cardinaliũ inscriptos inuenies. Ad reliq̃ transeamus.

Typho

Ethnephias.

Turbo

Uentorum discretio.

Uenti maris.

Alia generatio venti.



De tonitru ⁊ coruscatiōe. Capi. XIX. Dis.

Causa tonitrui ⁊ coruscationis.

Est adhuc qđ circa naturas ventorū declarandū censeo.

e Mag. Quod? Dis. An ne sonus quē tonitrui dicūt/ ex ventorū aut poti⁹ nubiū collisione in superioribus causetur. Mag. Utrūq; in scripturis nō inferioris ordinis viri tradidere. Principalior tñ causa huius est scissio nubis/ facta h̄ mō. Cū ꝟtute solis ⁊ alioꝝ astroꝝ eleuat̄ vapor: ⁊ in eo exhalatio vsq; ad mediū aeris interstitiū/ vapor exhalationē circūdans in nubē inspissatur. hui⁹ frig⁹ dū exhalatio inclusa sentit/ se cōtrahit: fortificat: contra latera nubis impellit̄: inflammatur: ⁊ exitū nō inueniens/ violenter nubem rumpit. Maxime autē dum hanc nubem alia supior cōprimit/ ⁊ inferior forti⁹ resistit: tūc em̄ exhalatio nōdum inflāmata nubē scindit: ⁊ in exitu ex vehementia mot⁹ incēditur. Hunc sonū tonitru/ ⁊ hanc incensionē coruscationē dicim⁹.



Licet autē simul fiāt: aut coruscatio post sonū (si exhalatio nō i nube/sed exeundo inflāmat) prius tñ ignē q̄z sonū pcipimus ꝓpter visus subtilitatē. Nonūq̄z ignē videm⁹ ⁊ sonū nullū audim⁹: vt i ęstate tpe serotino. Sonus em nisi fortis fuerit/anteq̄z via multiplicationis (de qua in musicis) per aera ad aurē peruenīat/ deficit: aut ꝓpter debilitatē auditū nō mouet. Velocitatem visus ⁊ tarditatē auditus sensibil'r experimur dū aliquē eminus ligna secantem cernimus. frequenter em sonū primi ictus tunc demū audimus dū ipsum secundariū lignū ferire conspicimus. Excalefacta autē exhalatiōe nubē frāgi/ ⁊ ex fractiōe huiuscemodi sonū cāri argumēta ꝓbēt castanea assata. ⁊ vesica aere repleta ⁊ violēter cōpressa.

Visus velocior ē auditu

De fulmine ⁊ eius effectib⁹. Ca. XX. Dis.

Nde aūt fit/aut q̄d est q̄ tonitru comitat: ⁊ fulmē dici solet? Mag. Fulmē nōnūq̄z ō: exhalatio sulfurea veneno sa/violenter e nube depulsa: impetu suo ⁊ vi penetratiua ⁊ subtilitate arbores scindēs: animalia interficiens: metalla ⁊ cętera resistētia demoliēs atq̄z cōsumēs. Quę si grossior fuerit: resistentia corpa adurit: cōglobatior vero dissipat. Quādoq̄z aūt fulmen lapis est ex vapore ⁊ exhalatiōe terrestri ⁊ minerali i nube maxime viridi aut nigra/ ꝓpter ignis ⁊ influentiarū decoct⁹. q̄ rupta nube cū ipetu deiecit: muros findit: ędificia dissipat ⁊ iflāmat. Utrq̄z tñ exhalationē scz ⁊ lapidem ventus subtilis antecedit: q̄ corpa mouet aut diuidit versus q̄ fulmē venit. Quidā aūt pḥorū ꝓsiderātes mirabilē fulmīs opationē: ipsū nō opus naturę/sed summi dei effectū ūmediatū arbitrati sūt. Dis. Hanc fulminis opationē

Fulmen



Effect⁹ fulminis mirabiles

patefacias. Ma. Ex mltis pauca adducā q̄ Auerrois/Alberth⁹ ⁊ cęteri phorū cōmemorāt. Primo nāq; fulmē gladiū in vagina/ aurū in bursa/ ⁊ pedē in calceo demolit: vagina/bursa/⁊ calceo illęsis. porosa equidē sine resistentia ingredit: circa solida vero ⁊ restentia diutius morat donec ea cōminuat ⁊ resoluat. Sic ⁊ hoīez aut aīal aliud intrinsec⁹ in fauillā ⁊ cinerē redigit: extrinsec⁹ autē illęsum ⁊ sine macula relinquit. Rętia etiā in aqua cōsumit: q̄ extra aquā minime lędit. Uenenositate etiā sua vnū interficit: ⁊ ꝓxime stantē minime lędit. Sua subtilitate de pariete in parietem: de cubili in cubile: inferiore in supius mirabili velocitate mouet. Interdū vas cōminuit/ vino aliq̄dīu in pellicula quadā ex viscositate vini subito extracta ⁊ indurata cōsistēte: sed vinū hoc venenosū redditur. Aīalia aūt venenosa fulmine ꝑcussa oīe venenū amittunt. Nōnūq̄ arboris aut vitis medullā interimit/ stipite ꝓpter porositatē illęsa. Ligna autē poros tortuosos habētia a fulmine facile nō lędunt. Aliqñ fulmē vestē aut crines hoīs adurit hoīe illęso. nā cū debilis virtutꝫ fuerit/ in id qđ aliqd humiditatꝫ ꝯtinet/ vt corp⁹ homīs/ agere nō potest: sed sicciora aggredit: tale etiā si cutē hominis penetrauerit: ipsū inflatū ⁊ colore immutatū exhibet. De reliq̄s ex iā dictis rōes ⁊ cās assignare nō erit difficile. cętera videam⁹. Dis. Quę? Ma. Galaxiā: Iridē: Halonē: ⁊ Cometem.

Galaxia

De Galaxia. Capitulum. XXI. Dis.

Galaxiam quid dicis? Ma. Circulum album in cęlo per pedes geminorū ⁊ sagittarij principiuz protensum. Dis. Hic fortasse est quem libro septimo cū de natura stellaruz

d issereres circulum lacteum dicebas: nõ de natura elementari/ sz cęlesti siue stellari. Ma. Hic ipe est. ⁊ a gręcis galaxeas/ a gala qđ est lac: latine circulus lacteus dici solet. Sed de eo mẽtionem fecisse iam nõ meminerã. Iridem videamus.

De Iride ⁊ Halone. Ca. XXII. Dis.

Iris quid est? Ma. arcus tricolor in nube rorida ⁊ cõcaua ex resplendentia solis oppositi apparens. Nubes equidem rorida ꝓpter continuitatem guttularũ satis tersa atqz polita/ ad instar speculi se habet: sz ꝓpter paruitatẽ guttularꝝ nõ figurã solis vt est/ sed colores quosdã ex reflect(one radiorꝝ solariũ repꝛesentat: quẽadmodũ ex resplendentia solaris luminis ꝑ vitrũ aqua plenum in obiecto pariete videntur. Dis. Sed vnde prouenit hęc colorũ diuersitas? Mag. Ex nubis dispositione. Nã vbi nubes fuerit densior/ fit reflectio fortior: ⁊ videtur color puniceus. albũ em̃ visum ꝑ nigrũ/ rubeũ siue puniceũ apparet. Ubi nubes rara/ fit reflectio debil': ⁊ videt̃ color viridis. sed vbi rarior est nubes/ fit reflectio debilior: ⁊ videt̃ color alurg⁹ ad istar lapidis lazuli. Color vero glaucus siue sanchos/ generat̃ ex iuxta positione viridis ⁊ puniciei. Uñ ⁊ iride marcescente puniceus i glaucũ trãsit. Nõnũqꝫ ex resplendẽtia iridis in nube supiore alia iris cernit̃: q̃ est imago siue idolũ inferioris a sole causari: ꝓpter qđ in ea colores debiliores ⁊ opposito mõ situati apparẽt. qꝫqꝫ etiã talis iris ẽt qñqꝫ a solis resplendẽtia fiat. Figura aũt arcualis iridi ex radiorũ incidentia prouenit. Et huius causa principalius cõsistit in nube. vt dicit ꝓpositio decimanona tertię partis ꝑspectiuę. Uñ radi⁹ solis incidens ꝑ foramẽ rotundũ/ rotũdus est. In berillo tñ hexagono obiecta iris nõ rotunda ꝑm naturã radij/ sed hexagona apparet: ꝓgressum tñ radiorũ a sphęrali corpore solis/ cooperari nõ oino abijciendũ censeo. Est em̃ centrũ iridis in eadẽ linea cũ centro astri. vñ sequit̃ vt iris semicirculo maior apparere non possit: nisi forte quantũ distantia oculi videntis a terra addit. ⁊ tunc quidez semicircularis apparet cum centra amborꝝ in horizonte sunt/ vnius in oriente ⁊ alterius in occidente. Quãto aũt sol ab horizonte plus distat/ tanto arcus iridis semicirculo minor apparebit. vñ sole existẽte i meridie/ minima iridis portio posset videri. Dis. Posset ne iris causari ex resplendentia lunę? Mag. Posset. Sed in coloribus longe debilior: ꝓpter lunaris luminis debilitatem: ⁊ nõ nisi luna plena/ nocturno tpe/ ⁊ vapore siue nube rorida multum disposita. Circulus autẽ circa lunaz aut aliud astrum apparẽs/ Halo dici consueuit. Et fit cũ vapor in raritate ⁊ densitate mediocris/ diametraliter iter astrũ ⁊ visũ nostrũ interponit̃: sup quẽ lumen astri incidẽs ipsum in medio disiũgit: in extremitatibus autẽ radij refrangunt̃ ꝓpter vaporis densitatẽ: in q̃bus etiã colores (et

Iris.

Colores iridis.

Figura iridis

Cẽtrũ iridis.

Halo


halo
Galaxia
Iris
Cometa

si debiles) vident. Ex eadē cā colores varios in aere cernim⁹: maxime aūt puniceū circa solis ortū vel occasum. sil'r virgas coloratas in nubibus discōtinuis videm⁹. In nocte autem voragines ⁊ hiatus in cęlo videre nos dicimus: cū eadem in vapore cuius medium densius est: propter longiorē distantiā contingant. Soli autē si nubes a latere obiectę fuerint ex reflexione plures soles (quas parelios dicūt) representant. sicut in speculo aquę īmerso cum sole stella cernit: q̄ nō est nisi secundaria solis imago. Dis. Facile his assentio. Sed de iride ambiguitatez īmittit: qd̄ nuper in Gen. me legisse recordor: post diluuiū generale deū in signū fęderis qd̄ cuz Noe pepigerat: hunc arcū in nubibus se positurū spopondisse. Si igitur eo mō quo dictū est causaretur/ vtiqz ante diluuiū sępi⁹ apparuisset. Ma. apparuit vtiqz: sed tunc signum fęderis nō erat. Noe igit in signū fęderis ex institutione hunc arcū accęperat. vt q̄ ante hac pura res naturalis ⁊ nulli⁹ pacti signū erat/ tunc signuz esse inciperet: ⁊ res naturalis in causis suis esse nō desineret. Quē admodū lapis quo agrorū limites distinguim⁹/ nō tunc lapis esse incipit cū in signū distinctionis erigit: sed tunc signū esse cępit qui prius erat/ sed distinctionis signū nō erat. Dis. Intelligo. Seq̄tur aūt vt iuxta p̄missorū ordinē nunc cometē describas.

Plures soles

Iris apparuit ante diluuium

De comete ⁊ bellis: sterilitate terre: morte principū: ⁊ ceteris malis apparitionē cometis cōsequentibus. Capi. XXIII. Mag.

Cometes est exhalatio terrestris/ calida ⁊ sicca/ pinguis et viscosa: virtute astrorū ad supremā aeris partē eleuata: et ibidē incensa. Sūt tñ q̄ cometā exhalationē dicūt subtilē: nō inflammatā/ sed lucentē: a lumine solis ⁊ astrorū in ipsa incorporato. Generatur hęc exhalatio actiōe astrorū in visceribꝫ terrę: maxime dum pori p frigus astringunt: ⁊ egredit cū p calorē resoluunt. Nō aūt tota simul eleuat/ sed ps post partē ascendit/ ⁊ nouę cōtinue generant: a quibus etiā cometes in supioribꝫ nutritur diutius/ ⁊ ipsis impeditis desinit citius. Diuersificantur aūt in q̄ntitate/ figura/ ⁊ colore ꝑm materię differentiā. Uñ si materia ī medio bene compacta/ in extremitatibꝫ vero circū quaqz rara fuerit: videt quasi astrū criminosū. Si aūt materia ęqualiter spissa/ sz in longū ꝓtensa sit: vt stella caudata apparet. Si autē cauda corpe rarior fuerit/ cernit vt stella barbata. Raritas etiā ⁊ densitas materię colorē variant. Scd̄m astrologos āt cometa de natura saturni/ cerulei aut plūbei coloris ē. q̄ aūt de natura iouis/ alba ad instar argenti lucidi videt: ⁊ q̄ de natura martis/ rubea: q̄ de natura solis/ vt aurū argēto mixtū apparet: q̄ de natura veneris/ spissa vt nubes cernit. Mercuri⁹ aūt cometē suū ceruleū demōstrat. Cauda etiā ⁊ caput draconis ⁊ aliarū cōstellationū naturę mutationē

Cometa.

Diuersitas cometarū.

Astrū crinosum.

Colores cometarum.

in his facere dicuntur. Sed hęc ad p̄sens cōmemorasse/nō ꝓbasse sufficiat. Dis. Nōdū motū ⁊ significationes cometarū explanasti. Mag. Cometes mouet̄ ad motū cōtinentis aeris: ꝑ diē naturalez circūiendo terrā. Significationes cometarū sūt varię. generaliores autē sterilitates/pestilentię ⁊ seditiones. Sterilitas q̄dez maxime vbi siccitas ⁊ caliditas intēse nocere possunt. hę eīm cometā ⁊ antecedūt ⁊ sequūtur. Priuatur etiā terra eo tpe cōiter omī fęcundo humore. In terris aūt paludinosis sequit̄ qñq; fertilitas. Pestilentię aūt sequūtur: nā cū substātia cometę/q̄ subtilis ē ⁊ bene digesta/alię exhalationes segregatę tanq̄ impuriores ⁊ venenosę eleuantur. Uñ ⁊ tpe cometę ante aut post ventus/terrę mot et ignitę impressiōes plurimę fiunt. ex his itaq; aer infectus ⁊ continuo inspiratus/vitalē spiritū debilitat/⁊ tandē extinguit: ratiōe etiam siccitatis homines incendit. Mortē autē principū cometa fortasse ex eo significare dr: ꝙ principes vt magis delicati/vel intēperati ab aere corrupto citius inficiunt̄: aut ꝙ mors principis vnius plusq̄ multorū populariū diuulgatur. Seditiones aūt cometę forsitan significāt: ꝙ ab aere imutato nō mō spūs vitalis/sed et animalis īmutatur: ad cuius imutationē sensationes quorū principium est variant̄: phantasia ꝑturbatur: appetitus irascibilis ⁊ cōcupiscibilis excitatur: ad cuius impetum nōnūq̄ rō ꝯdescēdit/et his motibus similia dijudicat: ⁊ volūtas q̄uis de se libera s̄m dictamē rōis imperat. Sed vir sapiēs vt in libro septimo cōclusim⁹ cū Ptolemęo/dñabit̄ astris. Dis. q̄nimo ⁊ fatidicis astrologis.

Motus cometarum. Significationes cometarū sterilitas t̄re. Pestilentie Mors principum. Seditiones.

De mixtis tertie compositionis: que sunt mineralia. Capitulum. XXIIII. Mag.

Quę sequūtur in ordine mixtorū mineralia sūt: videlicet lapides/sales/⁊ metalla: q̄ ex vaporibus ⁊ exhalationib⁹ actione qualitatū primarū ⁊ calore cęlesti in terrę visceribꝫ ꝑcreātur. Uñ Plinius: Fundus terrę p̄ciosissimus ē. ibi ei oēs influentię cęlestes confluunt: ⁊ gēmas p̄ciosas causant. rōe hui⁹ calor maxim⁹ circa centrū generat̄: scd̄z Ptolemęū ⁊ Calcidiū. Hic nōnulli ibi īfernū esse argumētant̄. Nōnulli etiā terrā intrinsec⁹ lapidem cōtinuum/varijs tñ coloribꝫ distinctū asseuerāt. Dis. Dictorum generatiōes particularius tangas. Ma. Lapides ex vapore ⁊ exhalatione cuz luto viscoso ꝑmixta/actione longa/diuersorū coloꝝ ⁊ efficacię multiplicis scd̄m materię naturas ꝓducuntur. Pura aūt terra lapis nō fit. vincēs eīm in eo siccitas/ipsā coagulari nō ꝑmittit. Uñ nisi vndequaq; irrigua esset aq̄s/sicut corpus animalis sanguine: partes ei⁹ nō cohęrerēt. Aqua vero lapis fieri pōt/si vel guttatim cadēs cōgelat̄ frigore: aut coagulatur virtute minerali. Quod ingeniū Raymūdus lulij in lapidario luculentissime prosecutus est. Interdū etiā spuma aquarū in lapidem

Plini⁹ in speculo naturali. Lapidoꝝ generatio. Terra nō fit lapis. Aq̄ fit lapis. Ptolemeus in alma. Calcidius in tymeo. Plini⁹ de mirabilib⁹ mūdi. Auicēna de mineralib⁹. Aristote. iiij. meteoroꝝ. Raymūdus lulij.



vertĩ: ligna quoq; in aqua in lapides vertuntur. Arena itẽ ex luto viscoso indurat. Dis. Sales vnde fiũt? Mag. Ex vapore exhalationi forti actione in diuersa ꝓportione admixto/diuersi sales generant: vt sũt sal harmoniacũ/vitriolũ/nitrũ: similiter ⁊ sulfur: argentũ viuũ: auri pigmẽtũ: arsenicũ ⁊ similia. Quoꝝ q̃ facile ab igne fugiũt/spũs dicuntur. Humores pingues in terra putrefacti/bitumẽ efficiũt. Dis. Metalla vnde generant? Magister. Immediate ex argẽto viuo ⁊ sulfure. Est quidẽ argentũ viuũ substantia aquea/mixta terreo subtili/mixtione forti. Qđ quidẽ ꝓuenit si vapor subtilis exhalationi purę/virtute caloris (ꝓprie solis) per diutinas solutiões ⁊ coagulatiões iũgatur. Huius ptẽ terreã quidã sulfur argenti viui nominant: ⁊ eius sepatione multũ laborant. Claritatẽ habet ab aqua ⁊ aere inclusis: mobilitatẽ cõtinuã ab humiditate ⁊ põdere. ꝙ aũt nõ adhęret: habet ex siccitate extrinseca. Hui⁹ natura mirabilis multoꝝ ingenia in stuporẽ vertit. Vñ quidam ipsum calidum: quidam humidũ: quidã siccũ: quidã frigidum a dominio esse voluerunt. Sulfur aũt est ex vncruoso aereo/terrestri/subtili ⁊ igneitate decocto. Ex bis itaq; duobꝫ scz argento viuo ⁊ sulfure diuerse coadunatis/⁊ in mineris terrę decoctis/diuersa generant metalla. ⁊ vt quibusdã placet: si in terra manerent/natura decoctionem argenti viui iteraret donec in argentum stabiliretur: ⁊ sulfur in aurum verteretur. Sunt autem me-

Sales

Spiritus.

Bitumen.

Argẽtũ viuũ

Sulfur.

Plumbum talla: Plūbū quidē ex argento viuo impuro/grosso/ꝛ fętulēto/
Stannum ꝛ sulphure īpuro ꝓductū. Stānū ex argēto viuo puro ꝛ claro/ꝛ
Ferrum. sulfure īmūdo generat. Ferrū ex sulfure spisso/impuro ꝛ aduren
Aurum te cū argēto viuo modico ꝛ īmūdo creat. Aurū ex argē.vi.puro ꝛ
claro ꝛ sulfure rubeo ꝛ mūdissimo nō adurēte actōe solis efficitur.
Cuprum Cuprū vel ęs ex arg.vi.nō oīno īmūdo/ꝛ sulfure rubeo ꝛ gros-
so nascit. Alchimistę argen.vi.mercuriū noīnant: ꝙ oībꝫ metallis Mercurius.
iūgit: sicut Mercuriꝰ in influētia ꝟm astrologos cū planetis oībꝫ
Argentum copulat. Argētum ex arg.vi.mūdo ꝛ albo/ꝛ sulfure nō adurēte
mūdo ꝛ albo ꝓcreat. Accidit aūt metallis ductibilitas ex vnctuo- Ductibilitas
sitate: ꝛ liq̄factibilitas ex mullta aquositate arg.viui. Vñ q̄ plꝰ de Liquefactibi
argēto viuo participāt/citiꝰ liquefiūt. sicut plūbū ꝛ stānū. ꝑ oppo litas.
sitū ęs ꝛ ferrū. Dis. Chalybs vero vnde generatur? Magister.
Chalybs Chalybs est ferrū purgatū ꝛ depuratum ꝑ ignitiōes ꝛ extinctiōes
multas. vñ efficit vnctuositatis minoris: ꝛ faciliꝰ q̄ꝫ ferruꝫ frāgit.
Auricalchū. nec oīno in pōdere ęquiparant. Auricalchū aūt ē cuprū per tuthi
Electhri species. am coloratū. Electhri ꝟo spēs tres īueniunt. Una quę ex quodā
gumi arboꝝ indurescit. qđ ꝛ sucinū dicūt. Alia ex partibꝫ auri tri-
bus ꝛ vna argenti cōflatur. Tertia aūt naturalis est/ꝛ in mineris De hac am-
reperitur: sophisticata ab auro vix discernit: ꝛ inter alias virtutes bro. in hexa.
habet vnde venenū miro splendore prodat. hinc in precio est. li.iij.c.xv.

De Metallorum trasmutatione. Capitulum. XXV. Discipulus.

Estat de quo circa huiꝰ generꝫ mixta te disserturū auidiꝰ ex
r pecto. Ma. Quod est hoc? Dis. Metalloꝝ trāsmuta
tio de q̄ alchimistę se iactāt/si sit possibilis? Ma. Eoꝝ q̄-
rū materia est eadē/crebrā fieri trāsmutationē docuimꝰ. Nū terra
in aquā/ꝛ aqua in aerē/aer in ignē/ꝛ hęc oīa ī mixti speciē trāsmu
tant? Sic cinis/ꝛ arena obscura in lucidissimi vitri substātiā acti-
one ignis vertūtur. Dis. Transmutant si in p̄iacētē redacta fue-
rint materiā: aut saltē in eā/cuiꝰ forma formę generandę nō repu-
gnat. Mag. Quid igit obstat q̄ minꝰ hac via metalla in se trās-
Nature imitatio difficillima. mutari possint: cū oīm cōis sit materia? Ad hoc eq̄dē multi phorū
ꝑ calcinatiōes/sublimationes/solutiōes/ꝛ coagulatiōes labora
rūt: licet minꝰ vtilit q̄ꝫ veracit. cū artē naturę actionē ꝟm p̄cisionē
imitari/aut difficillimū sit/aut oīno īpossibile. Magꝫ tñ ꝟitati ap
ꝓpīquāt: q̄ ꝑ p̄ncipia naturę talē rē efficere studēt q̄ sine fumo fluat
ignē ñ fugiat: substātię metalli ꝑ minima mixta totū qđ minꝰ ī mi
nera decoctū ē/celerrima actiōe cōpleat. Hoc iā cōpletuꝫ/elixir: b
ouū/ꝛ lapidē phoꝝ: ꝛ in suis p̄ncipijs acetū acerrimū: lapidē non
lapidē/mineralē/aīalē/vegetabilē/sanguinē/terrā oculosā: vrinā/
ꝛ oīm rerū noībꝫ nominant. vt sub metaphoris ꝛ figuris fatuos ꝛ
auaros a via veritatꝫ secluderēt: phis ꝟo ꝛ naturę p̄ncipia secretiꝰ

De origine rerũ naturaliũ



rimãtib⁹/occultas naturę opatiões pãderẽt. Ars equidẽ in se nullius laboris: sed opus est mulierũ: ⁊ vt aiunt ludus puerorũ. Huius auctores p̃cipui fuere Hermes/Geber/Auicenna: ⁊ hi quos Turba ph̃orũ cõmemorat. moderniores aũt Raymũd⁹ Lulij. Arnoldus de noua villa. Albertbus magn⁹. quorũ oĩm vnus finis: sed ꝓcedendi modus diuersus: oĩs tñ in limitibus naturę conclusus: e q̃bus oĩbus huiuscemodi trãsmutatiõis possibilitas indubitata cõcluditur. Sed ꝓculdubio ab his q̃ diuitibus ⁊ principibus se iungũt ⁊ magna ꝓmittũt/nequaq̃ attingit̃. Nã si scientię hui⁹ secreta noscerẽt: sese vtiq̃ occultarẽt: de thesauro tãto gratias deo agerẽt: pauperibus bene facerẽt: nec aliorũ opibus indigerẽt. Ab illis aũt maxime cauendũ: q̃ aut recęptas ꝓbatas/nescio a q̃bus magnatibus se habere gloriant̃: lunã figere: ⁊ ad gradus auri mediocris/aut optimi tingere: mercuriũ coagulare: partẽ cũ parte: ⁊ varia augmẽta posse efficere mẽtiri nõ verent̃. A q̃bus nimirũ tot boĩm milia decępti/⁊ alieni auri cupidi: ꝓprij vero q̃d habuere ĩ sũptuosis expẽsis largiores/oĩno defecerũt: ⁊ q̃tidie deficiũt: nec alieno periculo cautiores desistunt. Quod cũ in magnũ reipublicę detrimentũ vergat/nõ ab re est: si a magistratibus ⁊ cõi bono ꝓuidentibus/a fatua eoꝝ p̃sumptione coerceantur. vident̃ em̃ esse et de numero illorũ: de q̃bus Paul⁹ apl's scribit: Semper discẽtes/ et nũq̃ ad scientiã veritatis ꝑueniẽtes.

Auctores alchimie.

A q̃bus alchimistis cauendum sit.

ij. ad Tim. iij

De vegetabilibus. Capi. XXVI. Magi.

Uartũ genus mixtoꝝ est vegetabiliũ: vt sunt herbę: arbores. ⁊ cętera hmõi. Dis. Hoꝝ origenẽ pandas. Mag.

Si diuini philosophi traditionẽ attẽdim⁹/ hęc a primordio ex terra iussu creatoris ꝓdierũt/ cũ ait: Germinet terra herbaꝫ virẽtẽ ⁊ facientẽ semẽ: ⁊ lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suũ: cui⁹ semẽ in semetipõ sit sup terrã. Ecce creator oĩm vegetabilia simul in esse ꝓdire iussit: ⁊ vnde se ꝑ multiplicationẽ indiuiduorum in specie cõseruarẽt/ i semetipsis semẽ habere dedit. Et nõ mõ vegetabilib⁹: sed ⁊ cũctis animantib⁹ hoc fęcunditatis bñficiũ ꝓstitit. De hac re diuũ Augustinũ ⁊ theologũ ⁊ philosophũ excellẽtissimũ in de trini. li. 3. disserẽtẽ audiamus. Oim q̃ppe rerũ (inq̃t) quę corꝑaliter/ visibiliterq̃ nascunt: oculta q̃dã semina in istis corporeis mũdi hui⁹ elemẽtꝫ latẽt. Alia sũt em̃ hec iã cõspicua oculis nostris ex fructib⁹ ⁊ animãtib⁹. Alia vero illa oculta istoꝝ seminũ semina. Vñ iubẽte creatore/ ꝓduxit aq̃ prima natatilia ⁊ volatilia. Terra autẽ prima sui generis germĩa: ⁊ prima sui generis aĩalia. Neq̃ em̃ tũc huiuscemodi fętus ita ꝓducti sunt: vt i eis q̃ ꝓducta sunt vis illa cõsumpta sit. Sed plęrũq̃ desunt cõgruę tꝑamẽtorũ occasiones/ quib⁹ erũpãt ⁊ species suas peragãt. Ecce em̃ breuissimus surculus semẽ est: nã ꝯuenienter mãdatus terrę arborẽ fac̃. Hui⁹ aũt surculi subtili⁹ semẽ aliq̃d eiusdẽ generis granum est: ⁊ huc vsq̃ nobis visibile. Iã vero hui⁹ etiã grani semẽ: q̃uis oculis videre nequeam⁹/ ratiõe tamẽ ꝯijcere possum⁹. qꝛ nisi talis aliqua vis esset in elemẽtis: nõ plęrũq̃ nascerent ex terra quę ibi seminata nõ essent. Nec aĩalia tã multa/ nulla mariũ fęminarũq̃ cõmixtiõe ꝑcedẽte: siue in terra/ siue in aqua: q̃ tñ crescũt ⁊ coeũdo alia pariunt: cũ illa nullis coeuntib⁹ parẽtib⁹ orta sint. Et certe apes semina filioꝝ nõ coeũdo cõcipiũt: sed tãq̃ sparsa ꝑ terras ore colligũt. Inuisibiliũ em̃ seminũ creator ipse creator est omniũ rerũ. Qm̃ q̃cũq̃ nascẽdo ad oculos nostros exeũt/ ex ocultis seminibus accipiũt ꝓgrediẽdi primordia/ ⁊ incrementa debitę magnitudinis: distinctionesq̃ formarũ ab originalib⁹ tanq̃ regulis sumunt. Et infra. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elemẽtoꝝ cũcta iã creata sunt: sꝫ accęptꝫ opportunitatib⁹ ꝓdeunt. Nã sicut mr̃es grauidę sũt fętib⁹: sic ipe mũd⁹ grauid⁹ ẽ causis nascentiũ. Et vt testat Ambro. in hexa. Nequaq̃ fieri põt vt nõ/ aut seminib⁹ vtant vniuersa gignẽtia: aut habeãt aliqua q̃ videant cum virtute seminũ ꝯuenire. Et vt Aug. sup Geñ. li. 5. disserit. arbor ex arbore ꝑ surculi plãtationẽ: ⁊ ex semĩe arbor: ⁊ semẽ ex arbore: sꝫ semẽ ex semĩe nll'o mõ nisi pri⁹ iterueniat arbor nascet. Dis. Luculẽtissime doctor h̃ egregi⁹ q̃ aĩo meo de his ĩsidebãt dubia dissoluit. mirari eq̃dẽ ãpli⁹ neq̃o: cur ex t̃ra puluerisata/ cribrata/ ⁊ oĩ hũana

Moses Geñ. j.

Oim rerum elemẽtoꝝ latent semina.

Aug⁹. de tri. li. iij. ca. viij.

Apum generatio.

Idem ca. ix.

Ambrosi⁹ li. iij. ca. vj.

Augustinus

industria seminibꝫ euacuata sponte pullulãt plãtę: ⁊ quidẽ in figura/virtute/colore/sapore ⁊ spẽ diuersę. Sic ⁊ de his q̃ in aq̃ supficie videtur oriri: qꝛ elemẽta (q̃ in supioribꝫ apud nos pura non esse aiebas) seminibꝫ taliũ sunt impꝛ̃gnata. Sed cõgruę tꝑamẽtoꝝ occasiones q̃bꝫ ea erũpere dixit q̃ sunt? Ma. Has q̃litatũ primaꝝ actiões ⁊ cęloꝝ influxꝰ in ꝓportiõe naturę ꝯcurrẽtes intelligo: ⁊ accidẽtes causas (vt ipse doctor ait) ꝑm naturã forinsecꝰ adhibitas: His eq̃dẽ eo q̃ secreto naturę sinu abdita ꝯtinenꝛ̃ ⁊ foris creanꝛ̃/q̃ dãmõ explicãdo mẽsuras ⁊ numeros ⁊ põdera: q̃ in occulto accęperũt ab illo q̃ oĩa in mensura ⁊ numero ⁊ põdere disposuit idẽ sed diffusiꝰ li. 6. sup Geñ. ꝓseq̃ꝛ̃ ⁊ oĩa ꝑmitꝰ a deo creata fuisse: ⁊ ꝑ sęculi tractũ ex occulto in manifestũ locis cõgruis exercenda testatur.

aug. vbi s̃. li. iij. de trini. Sap. xj. Idẽ. lib. viij. sup Geñ. litterã.

De cremento et distinctione plantarum. Capitulum. XXVII. Mag.

Virtus nãq̃ ⁊ influxus cęlestis supficiẽ terrę penetrãs: partes subtiliores q̃bꝫ dicta seminalis vis occulta inest/in fumũ resoluit: rursũq̃ cõdẽsat: ⁊ in radicis spẽs trãsfigurat. Hęc ĩfixa terrę tanq̃ matri ꝟtute caloris cõnaturaꝛ̃ ⁊ supcęlestꝫ/hũorẽ terrę circũiacẽtis alterat ⁊ qd̃ naturę suę ꝯueniẽs ẽ attrahit ⁊ i sui ⁊ plãtę substãtiã ꝯuertit. Vñ plãta radice loco oris/q̃ nutrimentũ accipit: ⁊ medulla ꝓ stomacho corde ⁊ epate vtiꝛ̃: in q̃bꝫ acceptũ nutrimẽtũ digerit: ⁊ digestũ partibꝫ singulis ꝑ venulas subtiles trãsmittit. stipitẽ ꝓ corpe medullã cõtinẽte: corticẽ ꝓ cute stipitẽ ꝓtegẽte: folia aũt ad fructuũ defensionẽ/⁊ nodos loco neruorũ mẽbra colligãtiũ accipit. Fructũ ꝟo in vsum viuẽtiũ ⁊ ornatũ vniuersi: semen insup ꝓ spẽi cõseruatiõe gignit: ⁊ in hęc q̃z elemẽtorũ ꝑtes ꝓportionabiliter distribuit. Terreũ nãq̃ q̃d multũ est in stipitis ⁊ duraꝝ ꝑtiũ substãtiã trãsit: hũidũ aq̃sum qd̃ parũ ẽ in folia ⁊ corticẽ. Aereũ subtile qd̃ ẽ minꝰ/i florẽ: qd̃ aũt viscosũ in fructũ assumit. In eo aũt qd̃ semẽtis vices agit/igneũ qd̃ minimũ ẽ delitescit. Per terrã cohęret: ꝑ aquã se diffundit: ꝑ aerẽ ⁊ ignẽ plãta consurgit. Dis. Plãtas igiꝛ̃ q̃ttuor elemẽtis cõstare asseris? Ma. Etiã. Dis. Cur igiꝛ̃ nõ in aqua/aere/aut igne quẽadmodũ ĩterra pullulãt aut nutriunꝛ̃: cũ ⁊ in his q̃z singuꝛ̃ singula elemẽta ꝑmixta sint. Ma. Elemẽta apud nos ⁊ fortasse in toto vniuerso iam nõ pura/sed sibi in oĩbꝫ mixta Ambro. affirmat ⁊ in naturalibꝫ exercitato facile ꝓbaꝛ̃. Plãtas aũt nõ in singuꝛ̃ oriri oĩbꝫ manifestũ. Huiꝰ aũt cãm (qꝛ q̃ris) ex supioribꝫ accipe: cũ terreũ in omnibus abũdare/cętera aũt in quãtitate minore ⁊ a terra cohęrẽtiam plantis inesse ostẽsum est: hinc in terra figunꝛ̃/⁊ sufficiens nutrimẽtũ inueniũt. In aqua autẽ ad tempus nutriri/sꝫ figi nõ possũt (paucis demptis) In aere vero diutius/aut nutriri/aut figi propꝛ̃ sui subtilitatem nequeunt. in igne ab excessiuo calore citius emar-

Adaptatio plante ad corpus humanũ

Ambrosiꝰ in hexame. li. iij c. xiiij.

Ambrosiꝰ in heca. li. j. c. vj

ceſcũt. Diſ. Oēs ita q̃ plantas a dño terreas aſſeueras. Ma. ita ſentio. Diſ. Unde ḡ q̃ſdã calidas ꝛ hũidas multi ſcribũt: cũ neutra harũ q̃litatũ terrę ꝓueniat? Mag. In plãtis ſi ꝓtes integrales ꝓſideras/ipas terreas a dño dephẽdes. Si aũt ꝓtes virtuales ꝛ q̃litatũ grad⁹ attẽdis: q̃ſdã calidas ꝛ ſiccas: alias calidas ꝛ hũidas: alias hũidas ꝛ frigidas: nõnullas etiã frigidas ꝛ ſiccas inuenies: ꝛ hoc vel in gradu primo/ſcõo/tertio/aut q̃rto ſm q̃litatũ intẽſiões ꝛ remiſſiões. nã ſm has ſil'r ꝛ ptiũ elemẽtaliũ in ꝓportiõe multiplici variant plantę: nõ mõ in virtutib⁹/verũetiã in fęcũditate/mõ germinãdi/ꝛ effigie. Creator equidez oĩm (vt ḡmiſim⁹) vim hęc oĩa cõtinẽtẽ ſic indidit: vt cõgruis tpamẽtoꝝ occaſionib⁹ qõ in ſecreto nature ſinu abditũ ẽ/in ꝓpatulũ ꝓdire poſſit. Uñ quę dã ſunt ḡ ex radice vnicũ ſtipitẽ habẽt: ex quo rurſus rami/ꝛ ex his folia pullulãt: ꝛ ſũt arboreſ. Quędã ex radice nõ ſtipitẽ/ſz ramos: ꝛ ex his folia generãt. ꝛ ſunt frutices. Quędã ex radice/ nec ſtipite nec ramis medijs folia germinãt. ꝛ ſũt herbę. Ex oleribꝫ aũt ſũt ḡ ex vna radice ſtipites ꝛ ramos multos accipiũt. Et rurſus ḡdã fructificãt: ḡdã ſine fructu omni tpe manẽt. Fructiferę ſm digeſtiones ſemel tm̃ aut pluries in ãno fructificãt. Fructũ aũt aut ſub foljs/ ſup folia/in medio: ſub cortice/a ſtipite: aut a radice ꝓducũt. Amplius ḡdam oleum ſtillãt: ḡdã folia nõ habẽt: quędã etiã floribꝫ carent. Omnib⁹ aũt vt ait Plini⁹/ineſt ſexus diuerſitas. In eadẽ vero planta teſte pho: vterq; ſexus nõ repit. Ab auibus ſemen deuoratum ꝛ egeſtũ integrũ: ſi in rimã corticis ceciderit/nõnũq; pullulat. fitq; vt in quercu aliaue arbore/ceruſus aut alter⁹ generꝭ plãta repiat. In his aũt ḡ ꝑ ſurculi inſertionẽ in alieno ſtipite creſcũt: natura ſtipitis in ſurculi naturã cõmutat. Sed his finez faciam⁹. Nam vt ait ſanctus Ambroſius in hexameró li. 3. c. 15. Inexplicabile eſt ſingularũ rerũ ꝓprietates exquirere: ꝛ vel diuerſitates earũ manifeſta teſtificatõe diſtinguere: vel latẽtes occultaſq; cauſas in deficientib⁹ apire documẽtis. Et rurſus. Quis aũt poſſit cõprehẽdere varietatẽ/ſpeciẽ/gratiãq; pomoꝝ? ſingularum quoq; vtilitatem arborũ/fructuũ/ſucorũq; ꝓprietatem?

Varietas plãtarum.

Plantarum diſtinctio.

Plantarum ſexus

Plinius Ariſtoteles

Ambroſius

De Animalibus. Ca. XXVIII. Diſci.

a Dſequẽtꝭ igit ordinis mixta deſcẽdas. Ma. Quę ſequũt q̃nti generꝭ mixta/aialia ſunt irrõnalia: q̃ in ꝓſenti quadruplici ordine diſtiguim⁹. Sũt em̃ ḡdã vt ait: ſcriptura volatilia: ḡdã natatilia: ḡdam reptilia: ꝛ ḡdã greſſibilia. Quoꝝ exordia/ ꝓgatiões/ꝛ naturas in mediũ ferre: ingeniũ vacillat/calamus tepet/ꝛ epitomatis breuitas nõ admittit. Diſ. Saltẽ quę iam in promptu ſunt/verbis planis ſuccinctaq; oratiõe in vniuerſali patefacias. Magi. Facile q̃dẽ tuis petitionibus acquieſcerẽ: ſz ea breuitate quã expetis: ꝛ obſcurus fio: ꝛ emulis quibus me ferant

Beñ. j.

iacula administro. verũtñ cũ nõ illis/sed tibi optimę indolis adolescenti in hoc epitomate obsequi statuerĩ: vt petꝫ ꝑmemorato ordine singula sub breuitate transcurram. Dis. Probe.



De volatilibus ⁊ generatione ouorum. Capitulum. XXIX. Magister.

Volatilia aues sunt/q̃ alis seipsas ꝑ aera q̃ tẽdũt mouent. Volatilia.
v Hoꝝ primordiale exordiũ silr a creatore ẽ: q̃ distincta elemẽta ꝓ capacitate sua viuẽtibꝫ decorauit. aera q̃dẽ volatilibꝫ: aquã natatilibꝫ: terrã gressibilibꝫ: ⁊ hęc vtraqꝫ reptilibꝫ. ignẽ aũt q̃ ꝓpter sui debilitatẽ ⁊ siccitatẽ viuẽtibꝫ habitaculũ ꝑstare non põt/a viuẽti aĩa nudũ reliq̃t. Dis. Hęc legislatoris historia pãdit: naturalẽ volatiliũ generationẽ edoceto. Magi. Volatilia qꝛ se in numero ꝯseruare nõ pñt (qm̃ corruptibilia sunt) ab auctore na
Gen. j. d turę dicẽte: Crescite ⁊ multiplicamini/ꝓpagatiõis vim accęperũt: qua se in specie ꝯseruẽt. Fit aũt hęc ꝓpagatio ꝑ seminis decisionẽ. Vñ ⁊ in ipsis sexuũ discretio est: ⁊ nos in seq̃ntibꝫ masculũ gallũ: ⁊ fęmellã gallinã appellabimꝰ. His equidẽ duobꝫ coeũtibꝫ/in matrice gallinę oua ꝯcipiunt̃: ⁊ ex illis pulli nascũt̃. Primũ de ouis: demũ de pulloꝝ formatiõe tractabimꝰ. Disci. Oua vñ/aut quõ generant̃? Mag. Ex spermate gallinę: cuiꝰ ꝑs hũidior ad extremitates se expandit/⁊ fit albumẽ: terrestris v̄o ad centrũ se ꝯ̃hit/⁊ fit citrina: ⁊ vitellꝰ dici solet: ⁊ hęc duo ꝓpt̃ naturę diuersitatẽ telis ꝑuis sepant̃. In q̃busdã tñ ꝓpt̃ caloris debilitatẽ/colores hi distincti nõ sunt. vt in ouis pisciũ. Ouũ cõcęptũ/calore matricꝫ cui col Ouoꝝ generatio

ligatũ est vegetat̃: donec ad cõplemẽtũ ꝑueniat. exinde vinculo q̃ matrici iungit̃ rupto in lucẽ prodit eo ordine: vt pars acuta q̃ matrici adhęrebat vltimo exeat. Testa in ventre mollis est: ne parturiendo lędat. mox aũt edita frigore durescit. Ouãtib⁹ nõ eadẽ est natura. Nã quędam semel tm̃ in anno parturiunt. vt rapaces. q̃dam pluries. vt colũbę. Gallinę aũt domesticę multoties: ⁊ hę cito deficiũt: qm̃ cibus in sperma transit. Disci. Scite hęc dicta vident̃. Sed ad q̃d galli coitũ necessariũ arbitrare: cũ ouum ex solo gallinę (vt ais) spermate formetur? Magi. Ut seminalẽ spiritũ imittat: quo ouũ ⁊ sustẽtatur ⁊ fęcũditatẽ accipit. Uñ gallina sine gallo ouans: aut ex inani alterius gallinę concubitu/aut osculo vel olfactu galli/vel flãte zephyro: oua quidẽ parit/sed sterilia: q̃ oua vẽti appellant̃: fit aũt hoc sępi⁹. nõ em̃ gallina tãtũ quãtũ gall⁹ coitum appetit: ideo multis gallinis gallus vnus sufficit.

Ouantiũ diuersitatis.

Fecũditas oui.

De pullorum ex ouis generatiõe: formatione ⁊ diuersitate. Ca. XXX. Magi.

Oua itaq; galli cõcubitu cõcępta a gallinis: nõnũq̃ a gallis/interdũ alternatim ab vtrisq; fouent̃. Albumen qd̃ calidũ ẽ ⁊ humidũ: in quo ⁊ vis seminalis a gallo trãsfusa latitat/calore incubantis alterat̃. ⁊ in triduo vel circa guttula q̃daz sanguinea in albumine/versus oui acumẽ apparet: ex q̃ cor pulli format̃. Fitq; circa idẽ vena magna ĩ vmbilicos duos ramificata: quorũ alter ad telam vitelli/alter ad eã q̃ pullus cõtinet̃ ꝓtẽdit̃. ꝑ primũ pullo cibus de vitello ministrat̃: reliquus secũdinę deputatur. Disci. Substãtiã igit̃ pulli ex albumine: nutrimentum vero ex vitello asseris? Mag. Sane. In argumentũ huius accedit: q̃ vitellus cõtinue minuit̃: ⁊ si qd̃ residuũ est/nascẽtẽ pullũ in vmbilico sequit̃: vt statim natus cibũ habeat ꝯueniẽtẽ in ꝑfectis autem vmbilicus iã nõ apparet. Dis. Nõdũ nascẽtis cõditionẽ: sed exurgẽtiũ membroꝝ formationẽ quęro. Mag. In decẽ diebus oĩa mẽbra pulli manifeste apparẽt: ⁊ inter hęc caput maximum. sequẽtibus decẽ fortificant̃ ⁊ ordinatius distinguuntur: ⁊ a spiritu vitali singula viuificant̃: ita vt die vicesima pullus iam vociferare incipiat. Hęc aũt est positio ipsius ĩ matrice: vt caput supra pedem dextrũ habeat: ⁊ ala dextra caput tegat. Omnis tñ in pedes nascitur ex acuta oui parte. Ex ouis autẽ oblongis galli: ex rotundioribus gallinę frequentius generant̃. Dis. Sed quid de ouis in quib⁹ nõnũq̃ duo vitelli cõspiciunt̃. Ma. Hęc ex duplici coitu/ꝑ aggregationẽ duoꝝ spermatũ cõcipiuntur. Et si q̃dez sit tela vtrũq; distinguẽs/gemellos: sinautẽ/pullũ monstruosum ꝓcreãt. Uultures aũt. vt refert sanct⁹ Ambrosi⁹ in hexamerõ. li. 5. c. 20. sine cõcubitu cõcipiũt ⁊ generãt. Et de carnis ꝑ mortuę phęnicis humore vermis exurgit q̃ ⁊ ꝓcessu tẽporis in prioris speciẽ reꝑatur.

De formatõe pulli.

De nutrimẽto pulli ĩ ouo

Uultur Fenix.

Ambros. idẽ ca. xxiij.

De membrorum in pullis diuersitate Capitulum. XXXI. Dis.

Vnde quęso tantã in organis ⁊ mẽbris volatiliũ diuersitatem natura ingeniauit? Mag. De interioribus si q̃ris/ ea ad opa vegetatię necessaria ex his q̃ post hac dicem⁹ cognosces. Exteriora vero ad alia opa: maxime aũt ad ea q̃ p̃dę deputantur accomodata sũt. Uñ quibusdã visũ acutiorẽ: alijs autẽ obtusiorẽ dedit. Acutũ quidẽ rapacibus. vt a remotis p̃dam cognoscãt. Cęteris vero q̃ circa terrã aut aquas versant̃ obtusiorẽ: q̃ alimẽto sũt ꝓpinquiores. Palpebras habẽt mẽbranulas nõ carneas: nec oculos nisi ꝑ inferiorẽ claudũt: ꝓpter duriciẽ corij cõtinẽtis caput. Dẽtibus carẽt: ⁊ ꝓ his vtunt̃ rostris. Quę rursus in rapacibus acutiora sunt ⁊ adunca: vt p̃dam capere/ ⁊ captã facilius dilaniare possint: qm̃ carnibus vescũtur: iõ etiã vngues cęterꝫ habẽt magꝫ adũcos. In aquaticis rostra sunt lata: vt ipsis ꝓ hamo/ ⁊ collo ꝓ arũdine hami: ⁊ pedib⁹ latis (quorũ ⁊ digiti mẽbranis ligant̃) ꝓ nauigio vtantur. loco anteriorũ pedũ alas habẽt. volãdo se cauda dirigunt. Pectus est acutũ: vt volando paucũ aeris moueat/ ⁊ aera citius diuidat. Carnosum tñ: ne ex frequenti aeris impulsione aut lędatur: aut interiora infrigident̃. Nõ mingunt: qm̃ parũ bibunt: ⁊ si quid supflui separatur/ in plumarũ substantiã vertitur. Cętera ꝑticularius inquirere nõ ẽ p̃sentis negocij. Sũt em̃/ vt ait Ambrosius/ auiũ gña diuersa: q̃ memoria aut cognitiõe comprehendere quis possit?

Ambrosi⁹ in hexa. lib. v. ca. xxij.

Idẽ ca. xvj.

Aues non minguut.

De aquatilibus. Ca. XXXII. Mag.

Ab aere itaq̃ in aquã delapsi/ eã si possum⁹ trãsnatabim⁹. spaciosum ⁊ magnum equidẽ est mare: ⁊ illic reptilia quorum nõ est numer⁹. ⁊ aĩalia inquit ꝓpheta pusilla cum magnis. Dis. Et qui hęc viderunt? Ma. Qui descendũt mare ĩ nauibus/ facientes operationẽ in aquis multis: ipsi inquit viderunt opa dñi ⁊ mirabilia eius in ꝓfundo. Plura equidẽ in mari q̃ꝫ in terris sũt. ait Ambro. in hexame. Et ea q̃ in terris viuũt/ ab his sibi noĩa vendicarũt: eo q̃ prius in mari ista cęperunt/ diuersis q̃ꝫ fluminib⁹. Et ea q̃ timem⁹ in terris/ amam⁹ in aq̃s. Eteni noxia in terris/ in aqua innoxia sũt. Atq̃ ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris: dulcis in fluctibus. sic videre est de cęteris. Uerũtamẽ vt testat̃ Petr⁹ lõbard⁹: oĩa creata sũt innoxia: sed ꝓpter peccatũ facta sũt noxia. Nihil itaq̃ homĩ nocuissent/ si non peccasset: Sed hęc theologię reseruãtes ad ꝓpositũ reuertamur. Dis. Uideris astruere ⁊ aquatilia ꝑ creationẽ in esse ꝓdijsse. Ma. Moyses hęc docuit. Dixit em̃ de⁹ (vt ait) producãt aquę reptile animę viuentis. Qm̃e aũt q̃d natat/ reptãdi habet vel speciẽ vel naturã.

Ps. ciij.

Ps. cvj.

Ambrosi⁹ in hexa. lib. v. c. ij.

Mirabiliora maris q̃ terre.

Lib. ij. sen. dis. xv.

Gen. j.

Amb. vbi s. ca. j.



vt asserit Amb. Et ne hec in seipsis deficerēt/ipsis gñatiōis fecun
ditatē creator cōicauit/dicēs: Crescite ⁊ mlt̄iplicami ⁊ replete aq̄s. Gen.j.d.
Discretio sexus i pisciū. Fit aūt plerūq; hec gñatio p semis ꝓpagationē. Ūn ⁊ ī aquatilibꝫ
seu piscibꝫ sexuū discretio ē. ⁊ in plūbꝫ corpis mole ptz. Naz femine
maribꝫ ⁊ maiores sūt ⁊ lōgiores: carne q̄z duriores reperiunt.

De pullificatōe piscīū. Ca. XXXIII. Ma.

Ui sexu discernūtur ventrū attritiōe coeūt: tāta aūt celeri-
q tate vt visū fallant. Ordinē tū nature seruant in sexu ⁊ ge
nere: vt nūq̄z piscis cū alterius gñe pisce cōmisceat. dēpta
Murena. murena: q̄ sibilo vi perę ad litus euocata cū ea coit: vt refert Am- Amb. vbi su
Formatio piscium. bro. in hexa. Tpe itaq; coit⁹ par cū pari ambulat. Femella oua cō pra ca. viij.
cipit in matrice: q̄ tū nō pficiunt donec pariātur. tūc em̄ mas ea su
bito seq̄tur/⁊ semie suo aspergit: aspersa ab aq̄/vt a blanda nutri
ce fouenda suscipiunt: post die albescūt: de binc oculi apparere in
cipiunt: ⁊ celeriter complent: maxime aūt si multo semine perfusa
fuerint. Primū ex residuo oui humore/debinc ex aqua nutriunt.
Que aūt masculino spermate tacta nō fuerint/sterilia manēt. Fe-
mella etiā maiorē partē suorū ouorū part⁹ tpe deglutit: qō fortasse
sagax natura puidit: ne tota vnda piscibꝫ impleat. Hincetiā ma-
gni corpis pisces pauco: filiorū sūt. Dis. Quid aūt de bis q̄b⁹ nō
ineſt sexus diuersitas? Mag. In oibus vtrūq; sexū esse astruūt
Anguilla sola dempta anguilla: q̄ scopulis se atterit: eaq; strigmēta virtute
influentiarū viuificata in anguillas spēm trāseūt. vel vt ait Phs Aristo. v. de
viscositatē p aures cōcipit: atq; fetum generat. Quedā etiā e pisci animalibus.
um genere rore celesti (vt aiunt) concipiuntur, sicut ostreę ⁊ quę in

co nchilibus degunt: ⁊ quidam ex limo ⁊ putredine erumpunt/
Dis. Facile his fidem habeo: cũ sermonẽ diui Augustini de mundi fęcunditate mente reuoluo.

De diuersitate mẽbrorum in genere pisciũ Capitulum. XXXIIII. Mag.

Ibidẽ c. xiiij

Nec in hoc genere animãtiũ natura in mẽbrorũ distinctiõe defecit. Uñ primũ corpus oblõgũ edidit/ quo aquas facilius diuidãt: id quoq; corio leni/ aspero squamoso aut spinoso texit: loco manuũ pedũq; brancias ⁊ pinnulas quib⁹ se moueant ordinauit. Cauda autẽ natando omẽs se regunt. hanc etiã cum dormiũt parũ per mouẽt. asserit Plinius. Sensuũ vias habent occultas: ne aqua lędant. ꝑter oculos q̃ duriores sunt: nec colores medios discernere ꝓpter visus debilitatem facile possunt: ob id ⁊ piscatores eo colorũ gñe vtuntur sępius. Non spirãt. Quod nobis est spiritus/ illis est aqua. Sicut nobis spiritus/ ita illis aq̃ viuendi ministrat substantiã. Brancias habẽt: quas nunc plicãt et colligunt: nunc explicant atq; aperiunt. In hãc ergo collectionem ⁊ apertionẽ du msuscipitur aqua/ ⁊ trãsmittitur ac penetrat respirationis munus implet. pulmone itaq; carent. Humorẽ sanguini ꝓportionatum possident. Linguã habent: sed nõ vndiquaq; discretam a palato. Dentes sunt ipsis ex vtraq; mandibula acuti et ꝓminẽtes: vt cibum in ore tenere/ diuidere ⁊ deglutire citius possint: ne humiditate aquę effluat. Dis. Si aqua nutriuntur vt ꝑmissum est/ dentibus nõ indigent. Mag. Aqua quidẽ nutriunt: sed non pura/ sed ea q̃ viscositatibus terrenis impinguata est. vt ẽ pluuialis/ ⁊ ꝑ stercorũ loca transiens. Nec illa solum: verũetiam vermibus/ herbis/ stercoribus/ carne/ pane. ⁊ gñal'r semꝑ mior est esca maioris: ita vt tꝑe pullificationis etiam nõnulli pullos deuorent. Habitatio eorũ confusa nõ est: sed vt ait Ambrosius: Hoc genus piscium in illo sinu maris alitur/ illud in alio: ⁊ qd̃ hic abũdat/ alibi deest. Fouendi tamen partus necessitate quidez loca mutant. Hęc de aquatilibus cõmunibus accipienda arbitror: nõ de singulis monstris marinis. Nunc stilus vndarũ ꝓcellis madidus terras reuiset: ⁊ alis excussis reptilia gressibiliaue peruolet.

Pisces corp⁹ habẽt oblongum.

Plini⁹ in speculo naturali

Amb. vbi s. ca. iiij.

De nutrimẽto piscium.

Idẽ ca. viij.

Habitatio pullorum

De reptilibus ⁊ gressibilib⁹. ⁊ quare de⁹ tã diuersas rerꝝ spẽs cõdidit: q̃ etiã nobis nociue ⁊ inutiles vidẽtur. Capi. XXXV. Dis.

Reptilia q̃ dicis? Ma. Quę corꝑis ꝯctioni ⁊ extẽsioni innituntur: q̃bus se in anterius mouẽt. parte equidem anteriore se extendũt: qua si aliq̃d solidi apprehendũt/ reliquũ corporis post se trahũt. Et hęc rursus trifarie partiũtur. Sũt em̃ quę squamis pro vnguibus/ ⁊ costis cruriuz loco vtunutr. ⁊ ser-

Serpentia



rāt. Prima duo genera ex naturalib⁹ nota relinq̄t. sequentia testi
monijs scripturarū ꝯfirmat. Omniū equidē somnioꝝ causa si rē Cause somniorum.
ipsam attenti⁹ ꝯsiderem⁹: vel intrinseca est/vel extranea. Intrane
am dicim⁹ corp⁹ vel animā somniātis. Sepi⁹ em̄ q̄ vigilātis mēs
cogitauerat sollicitius/sopitis sensib⁹ recogitat. ⁊ quod optat spe
Aristoteles ij. Ethicoꝝ. Vergilius in bucco. ratq̄ vigilās/in somnijs videre solet. Hinc aristoteles in ethicis:
somnia studiosoꝝ laudabilia asserit. et Vergili⁹. amātes sibi som
nia fingūt. Hinc ⁊ de amicis nr̄is de q̄b⁹ magis solliciti sumus/
mlta p somnia p̄uidem⁹. Interdū etiā tranq̄lla dormiēt; aīa cupi
tę dubietatis solutionē inuenit. Corpis etiā diuersa habitudo va-
rias somnioꝝ causas admīstrat. Hīc Melācholici res obscęnas
formas horribiles ⁊ teterrimas dęmonū species nōnūq̄ vidisse se
attestant: maxīe aūt dū hic humor p medicinas aliq̄s aut balnea
mot⁹ fuerit. Sic cholerici de igne/bellis/cęde hoīm ⁊ sil'ia somni
ant. Phlegmatici se in aq̄s vel niue cōsistere: aut etiā mel comede
re: si mō phlegma dulce ad palatū linguę distillauerit. Ex sangui
nis aūt abūdātia incubos somniam⁹: q̄s physici apoplexię futu/
rę nūcios dicūt: ideoq̄ his a carnib⁹ ouis/vino ⁊ cęteris q̄ multū
sanguinē generāt/abstinēdū esse p̄suadēt. Quādoq̄ necessitas vi
res naturales exeq̄ corpis sui curas coartat. Ideo famelic⁹ come-
dit: sitibūd⁹ fontib⁹ labra admouēs satiari neq̄t. Nōnunq̄ ad mē
broꝝ passiōes conformes imagines formant. sic pueri dū vrinam
emittūt/se ī horto vl' amęno loco vigilātes hęc opari existimant.
Sic ⁊ īterdū dū natura seminalia vasa alleuiare studet/prurigi-
nem quā semen in mēbris efficit in descēsu/deformitas q̄dā nefa-
Augustinus rij amplex⁹/aut osculi comitat. Aug⁹. ꝟo. x. cōfes. li. asserit tantū
honestatis habitū hoīem posse acquirere: vt virtute ipsi⁹ dissipa-
bunt phantasię malę/quę p somnia īgerunt dormiēti. Dis. Hīc
fortasse est vt nonnunq̄ illicitis in somnis repugnare nitimur

Ma. Etiā fili. Rursus causę ītraneę ab extraneis sępe mouēt.
Corp⁹ q̄dē ab īfluxu cęloꝝ/⁊ circūstātiū elemētoꝝ ꝯtactu: ⁊ aīa a
deo vl' āgelo. Fieri em̄ pōt vt q̄s īfluētia cęlestis materię elemētari
plantis aut metallis imprimit formas: easdē causet ⁊ in phātasię
organo. sic ⁊ elemētoꝝ q̄litates q̄s circūdāt/maxime aūt nudari
capitis partes ꝯsil'r afficiūt. Nōnulli etiā natali cōstellatiōi nō in
fimū locū in causandis somnijs cōcedūt. Hinc interrogati astro
logi per duodecim domoꝝ ⁊ planetaꝝ habitudines/quod quisq̄
Hali. somniando viderit/edicere conant: vt patet in libro Hali Aben-
ragel de iudicijs stellarū: eo loco quo interrogatiōes ptractat. s3
illos libro. vij. a vera philosophia explodēdos cognouim⁹. Ad sō
niorū extraneā spiritualē causam accedam⁹: quā Simonides so- Simonides.
lam somnijs assignauit/dicēs: Somnia sunt solius dei immissio
nes. quod si verū esset/bruta nō frequēter somniarēt.

Quomodo deus ⁊ angeli boni et mali iubēte aut permittente deo varia īmittūt somnia. Capitulum. XXVII. Dis.

h Hanc pauloante deū ⁊ angelū dicebas. Mag. nec ab re deū nanq; ꝑ somnia loqui scriptura testat. Per somniuꝫ inq̄t loq̄r ad illū. Dis. de Angelo autē quale testimoniū affers? Mag. de angelo bono est id qd̄ Matthe⁹ euāgelista angelū in somnis appuisse ac monuisse ioseph: p̄mo ne timeret accipere Mariā cōiugē suā. secūdo: vt cū puero ⁊ matre eius fugeret in ęgyptū. Sil'r de angelo indicāti danieli ⁊ ioanni euangelistę q̄ vētura essent nouissimis dieb⁹. Et vt sctō thomę placet: dum angelus bon⁹ imaginariā visionē causat/ siue in vigilāte siue in dormiēte/ nullā formā imp̄mit: q̄ pri⁹ ꝑ sensum saltē aliq̄ mō suscępta nō sit. nō em̄ facit cęcū imaginari colores: sꝫ spūs humoresq; formis p̄accęptis informatos mouet ad eā quā p̄tēdit imaginationē. Et rursus qn̄q; intellectū illumīat: vt q̄d visio p̄dicat intelligere possit. patet de ioāne euāgelista ⁊ daniele. Interdū imaginationē sine intelligētia fabricat: sicut in pharaone/ cū vidit septē vaccas ⁊ spicas. Interdū somnia ⁊ eorūdē intelligētia etiā malis īmittūtur. patet de somnio qd̄ audiuit gedeon a madianitis: de quo Iudicū. >. Multoties q̄ꝫ deo ꝑmittēte angeli mali mētib⁹ hoīm per somnia illudūt: vt testat. c. episcopi. 26. q. 5. de scelerat; mulierib⁹ q̄ dęmonū illusiōib⁹ ⁊ phantasmatib⁹ seductę credūt se et ꝓfitent cū diana nocturnis horis dea: vl' cū herodiade (q̄ caput scti ioannis baptistę ab herode adultero expetijt) vel cū innūera multitudine mulierū eq̄tare sup quasdā bestias/ ⁊ multa terrarū spacia ītē pestę noctis silentio ꝑtrāsire ⁊c. de q̄b⁹ li. >. lati⁹ dissertū est. quare aūt de⁹ talia ꝑmittat/ in fine libri. 8. ex snīa Augustini expositū esse memini. De talib⁹ illusiōib⁹ beat⁹ iob cōquerit dicēs: Terrebis me ꝑ somnia: ⁊ ꝑ visiōes horrore cōcuties.

Numeri. xij.

Matth. ij.

Thomas

Gen. xlj. a

Iudicū. vij.

Phythonaꝝ somnia.

Iob. iij. c.

Si ⁊ que somnia euētuū futuroꝝ signa cāue existāt. insuper qualiter sōniorū obseruātia vana sit ⁊ deo odiosa. Ca. XXVIII. Dis.

s Ufficiēter ꝓ epitomatis angustia somnioꝝ causas explanasti: nūc qd̄ volebā/ a q̄b⁹ futuros euēt⁹ expectare possumus edicito. Magi. Diuiationē somnioꝝ inq̄t Aristoteles. 2. lib. de vigilia ⁊ somno/ nec est contēnere idoneū: nec oīno suadere. Sōnioꝝ em̄ q̄dā signa sūt euētuū: q̄dā cā: q̄dā nec signū nec causa. Signa sunt ea q̄ a corꝑis cōplexiōe ⁊ habitudine accidunt: quę etiā medici nō negligēda autumāt: vt in causas ęgritudinū facili⁹ deuenire possint. Signa itē dici possunt/ q̄ a reuelati-

Aristoteles

Somniorum genera.

one dei/vel angeloꝝ bonoꝝ fiunt. Alia q̄dā causa sunt et occasio euentuū. Uñ cū q̄dā somniasset se morderi a leone marmoreo/ex his q̄ in tēploꝝ vestibulis cerni solēt: die postero cū tēpli fores pręteriret/conspecto leone dicebat: En nocturn⁹ hostis me⁹. ⁊ īmissa manu i os ipsi⁹/a scorpione deletiscēte inibi lętalit̄ lęsus est. His ꝓxima sunt somnia casualia: q̄b⁹ extātib⁹ nōnunq̄ꝫ euēt⁹ illorum eueniūt. Hęc duo postrema somnioꝝ genera ita vanitate ⁊ malorū spirituū illusiōe circūuallata sūt: vt somniātib⁹ pestifera/⁊ creatori odiosissima ex sacris litteris palā sit. Uñ in Leuitico legim⁹: Nō auguriabimini: nec obseruabitis somnia. Et ī Deu. Propheta aūt ille aut fictor somnioꝝ īterficiet̄. Et rursus: Nec inueniat̄ īte q̄ hariolos sciscitet̄/aut obseruet somnia. ī Eccl'iastico autem: Sōnia extollūt imprudētes. et infra: Ne dederis in illis cor tuū. Et ecclesiastes: Ubi plura sunt somnia: ibi pl'es vanitates. Quāta autē pericula euenerint obseruantib⁹ somnia: hic cōmemorare nec locus/nec tēpus admittūt.

Leuiti. xix. Deute. xiij. Ibidē. xviij. Eccl'i. xxx. Eccle. v.

De memoria ⁊ reminiscentia. ⁊ quorū aut qualiter recordari possim⁹: de clausura mēoratiue ⁊ qualitatiua eius dispositiōe. Capilum vicesimumnnoum. Mag.

Vides fili dū calamo in somnioꝝ cāpo habenas laxamus instituti callē reliq̄m⁹. Disci. Quid miꝝ si somniantiū more oberrauit calam⁹/q̄ sōnia describere aggressus ē: cū (vt inq̄t diu⁹ Amb. in hexamerō) natura q̄dā fieri possit: vt hi q̄ aliq̄d ītuent̄/vel dicēdo exp̄mere volūt: eoꝝ q̄litatē q̄ vel intuent̄ vel loquūtur assumant. Correptis igit̄ loris ip̄m ad semitā reducito: vt qd̄ reliquū est mēorię officiū veloci⁹ ꝑcurrat. Magi. Memorię ē spēs ⁊ intēsiōes ab añfatꝫ potētijs accęptas reseruare: donec rursus opandū sit. Dis. Nū id imagīatiuę attributū est? Mag. Etiā: sꝫ nō eo mō q̄ mēorię. Hęc eq̄dē solas spēs a sensu cōi recęptas sine tp̄is differēia custodit. Mēoria ꝟo ⁊ has/et intēsiones ab ęstimatiua elicitas/insup ⁊ phātasię imagīes cū differētia tp̄is p̄teriti in q̄ sentiebant̄ reſuat. Accidit aūt vt eas vl' totas amittat vl' remissas ordine tñ cōfuso retineat. Quas totas amittim⁹/ita obliuiscimur vt nec dū volum⁹ eaꝝ recordari possim⁹. Hinc Aureli⁹ li. 14. de tri. ca. 12. Qd̄ aūt q̄sq̄ penit⁹ obliuiscit̄: nec cōmoneri ei⁹ vtiq̄ pōt. Quaꝝ aūt reliq̄as tenem⁹/reminiscentia esse poterit. Dis. Reminiscētiā quid dicis? Magi. Aristoteles eā dicit resumptionē memorię alicui⁹ nō totaliter obliti: ꝑ diuersū ratiosignatiuū ex memoratis ad inueniēdū partialiter oblitū. Hinc Augustin⁹: Uolūtas reminiscēdi esse nō pōt: nisi vel totū/vel aliquid rei ei⁹ quā reminisci volum⁹ in penetralib⁹ mēorię teneam⁹. Hęc

Ambrosius. Opus memoratiue. Augustinus Aristoteles Reminiscentia. Aug⁹. li. xj.

nempe adiutorio phantasmatis sumpti aut a simili: aut a contrario: aut a loco aut: a tpe ꝛ sic de alijs: potētiā cognitiuā mouēt ad appēhēdēdū ptiale ꝛ oblitū: talibꝫ eēdē mēoriā plurimū posse iuuari cōpertū est. Nonūqꝫ etiā saluis specieb⁹ tardius qđ volum⁹ recordamur. Organū em̄ memoratiuę ptiuncula cerebri: vermiculo simili claudit. spūs igit in quib⁹ deferunt spēs nec introeūt nec exeunt: nisi hostiolū tale apiat. vñ quidā caput inclinant aut eleuāt dum oblitū quęrunt. Dis. Manifesta sunt hęc. Sed dic ḡso vnde hęc memoratiuę accidat diuersitas? Ma. Ex disproportione qualitatū ꝛ nimia frigiditate ꝛ humiditate. Vñ calidi et humidi facile est recipere: sed nō diutius seruare. Rursus aūt sicci ꝛ frigidi tarde est recipe/ ꝛ firmi⁹ retinere. Juuenes aūt ꝛ senes malę memorie sunt: ꝓpter nimiū ꝛ augmēti ꝛ decremēti motū in ipis. sicut em̄ recordatio exigit motus agiles: sic memoria animum quietū. Hęc ꝛ alia memoriā naturalē cōcernentia in speciali tractatu: de artificiali autē in fine rhetoricęs disseruim⁹. Dis. Memini.

Memorie diuersitas

De potētia motiua: impatiua ꝛ prosecutiua. ꝺ cōcupiscibili ꝛ irascibili: a qb⁹ oriuntur qttuor animi passiones Ca. XXX Mag.

Actenus apprebēsiua: naturā explicauim⁹: nūc ordo ḡmissor exposcit vt ꝛ motiuā pcurramus. Disci. Probe.

b Ma. Hāc bifarie partitā manifestū ē. Quędā nāqꝫ appetit ꝛ imperat: altera imperiū pgrediendo psequit. necesse em̄ est omni animali pfecto vt qđ ꝑ apprehensiuā agnouit: ꝑ appetitiuā appetat cōuenies: aut respuat contrarium. ꝑ pgressiuā aūt qđ appetebat prosequat: ꝛ fugiat qđ respuebat. Dis. Est igit appetitiua potētia qua aial inclinat ad prosecutionē vel fugā eo⁹ qđ cognoscit? Magi. Scite definis appetitiuā: quā ꝛ sensualitatē ꝛ appetitū animales dicunt. Huic rursus subsunt: cōcupiscibilis ꝛ irascibilis. Dis. Cōcupiscibilis ḡ est? Mag. Quę tēdit in bonū verū vel apparēs: maxime aūt delectabile. Dis. Irascibilis ḡ est? Magi. Quę cōtra malū insurgit: ꝛ fertur in bonū arduum vtile vl̄ honestū: etiā si delectabile nō sit: vt potio amara: vt cōiter phi autumāt. Nō desunt autē q̄ volūt/ q̄ cōcupiscibilis respiciat ꝑ se bonū vel malū fugiendū vel psequēdū: at vo irascibilis impedimentum psecutiōis mali ꝛ fugę boni attēdat. quod magis probabile videt. Jmperat igit concupiscibilis moueri ad ea ḡ videntur bona ꝛ necessaria. Irascibilis aūt mādat fugā eorū ḡ sunt cōtraria ꝛ nociua. Illa quietat ꝑ ptūctionez boni optati: hęc prurbat ꝑ eo⁹ ablationē ꝛ ḡsentiā ptrarij. Vñ ꝛ ab his affectiōes animi oriūtur/ quę sunt gaudiū ꝛ spes: a concupiscibili dolor: ꝛ timor ab irascibili. Has poeta iuꝫ platonicoꝝ sententiā tanꝫ origines vitioꝝ

Potentia appetitiua siue sensualitas.

Concupiscibilis.

Irascibilis

Affectiones animi.

Vergili⁹. vi. eneis.

accidere aīe ex corpis societate phībet. dū inquit: Igneus est ollis vigor ⁊ cęlestis origo Semiū: quātū nō noxia corpa tardant/ Terreniq; hebetant artus/ moribundaq; mēbra. Hinc metuūt cupiūtq; dolētq; nec auras Suspiciūt: clausę tenebrę ⁊ carcere cęco. Sed nō oīa vitia aīę ex carnis corrupte societate accidere/ diuus Augustinus Aurelius de ci. dei. lib. xiij. ca. iij. manifestat. Qualr aūt hę affectiones vitiorū scaturigines existāt/ ī moralib⁹ apparebit. Dis. Institutū igit̄ psequere: ⁊ organa dictarū potētiarū explicato. Ma. Organū cōcupiscibilis ⁊ irascibil' circa cor/ vel ipm cor esse autumant: eo q̄ cor in actibus earū ⁊ dilatat' ⁊ cōstringit̄: ⁊ sanguis ab exteriorib⁹ ad cor vl'a corde ad exteriora remittit̄. Hinc timidi pallent: ⁊ irati excandescūt: in his nempe aīalis spūs ad vitę fontem vt securior sit retrocedit: in illis aīa p̄ patulo videri desiderat/ ne videat̄ formidulosa: ⁊ in vltionē se extendit. Organū concupiscibilis ⁊ irascibilis

De triplici virtute motiua naturali: vitali: ⁊ aīali. de pia et dura mīe cerebri. Unde nerui sēsuū ⁊ motuū instrumēta oriūt̄. Quō motus. Que trabētia: reptilia: gressibilia: natatilia: et q̄ res potentia motiua organica ⁊ nō organica. Capitulum. XXXI. Dis.

Onsequēter motiuā q̄ imperatū p̄sequitur paucis pstringito. Mag. motiua trifarie scindit̄. Est em̄ q̄dā naturalis q̄dā vitalis: ⁊ q̄dā aīalis. Natural' in epate p̄cipue ex nutrimēto sanguinē operat̄: quē p venas ab epate oras ad singula corporis mēbra trāsmittit: vt inde nutriant̄ ⁊ crescāt. Hui⁹ naturam in p̄oribus cū de vegetatiuę potētijs dissertū ē/ enodauim⁹. Uitalis opatur in corde: cui⁹ feruorē motib⁹ dilatatiōis ⁊ cōstrictiōis/ p aeris inspirationē ⁊ expirationē tēperat. Et in sanguine p arterias a corde oras/ ad singula mēbra exiens/ oībus vitā largit̄. Attrahit aūt cor aerē a pulmone: ⁊ pulsantes venę (quas arterias dicim⁹) cordi p̄xię a corde aera trahūt: q̄ aūt cuti cōiunctę vident̄/ ab extrī seco p poros refrigerant̄. Inter has medię a venis nō pulsantib⁹ sanguinē subtiliorē accipiūt. Dis. Uitalis itaq; quā impulsatiuam nominas his solū animatis necessaria est q̄ pulmonē habēt? Motiua naturalis Uitalis Arterie

Mag. optime. Pulmo eteni caro ē spōgiosa: vt follis aera recipiens. In plātis aūt motus oēs vis naturalis opat̄. Silr ⁊ ī animalib⁹ impfectis. vt sūt conchę ⁊ ostreę: mō tū pfectiore q̄ in plantis. Aīalis in cerebro ē: a quo p neruos inde exeuntes sensib⁹ vigorem/ ⁊ reliq̄s mēbris mōtū ifluit. Uñ cerebrū q̄ sub craneo locatur/ duab⁹ pelliculis inuolui t̄: quar exterior craneo p̄xima solidi or est: ⁊ dura mater dr. Interior aūt q̄ ⁊ tenerior ē: pia mater appel Animalis Cerebrum

latur. A prima oriũtur nerui q̃ sũt instrumẽta motꝰ volũtarij: ꝛ ad capitis pupim ꝓtendunt. A secũda aũt nerui ꝓcedũt: q̃ p capitis ꝓoram ad singula sensuũ organa descẽdunt. de q̃bus supra. Nerui vero durę matris p corpꝰ animalis ramificant: ꝛ in musculis ꝛ lacertis cõfluunt: p quos motiua vis dilapsa/animal mouet: eo quo sequitur ordine. Nã obiectũ ab apprehẽsiua cognitũ p appetitiuam appetit/aut respuit. Hęc motiuę vigẽt in neruis/musculꝰ/ꝛ lacertis impat: vt ad psequẽdum desideratũ/aut fugiendũ ꝓtrariũ corpus moueat. q̃ dicto citius obtẽperãs: ligamẽta membrorꝫ cõtrahens ꝛ relaxãs: primũ q̃dẽ ꝓpinquiora mouet: ꝛ hęc rursus alia/donec obiectũ vel psequẽdo obtineãt: vel fugiẽdo abũciant. Dis. Ita esse manifestũ videt. nã brachiũ motũ/mouet manũ: manꝰ digitũ: digitꝰ obiectũ cõtrectat. Ma. Pariformit̃ de cruribus/pedibus/ꝛ alijs sentiendũ. Hoc imperiũ in brutis eo mõ accipiendũ est/quo pfectiones superiorũ in inferioribꝫ esse pñt. Sortit̃ aũt motiua in diuersis diuersa nota. Nã q̃ dilatatiõis ꝛ ꝓstrictiõis motu operatur: ꝓtractiua dr. vt in vermibꝰ/cõchis ꝛ ostreis. Quę aũt de loco ad locũ mouet/ pgressiua appellat. ꝛ hęc rursus in organis diuerse enunciatur. Quędã eñ pedibus graduũtur. ꝛ sunt gressibilia. vt homo: equꝰ. Quędã alis ferunt: ꝛ sunt volatilia. vt aues. quibus tã sagax natura pedũ vsũ/ppter alimẽta q̃ in terris venãtur nõ negauit: quę in supfluis nõ abundat/nec in necessarijs deficit. Quędam costis trabũtur ꝛ ventre reptãt. ꝛ sũt reptilia. vt serpentes. Quędã pẽnulis agunt natando. ꝛ sunt natatilia: quorũ generatiões in superioribꝫ exposuimꝰ. Rursus q̃ in manibꝫ/rostris alijsue mẽbris ad operationẽ adaptat̃/ operatiua dici solet. Quę pulmonẽ ꝛ vocalem arteriã vna cum lingua ad formationẽ vocis mouet/vocatiua/ꝛ affectionũ indicatiua dici potest. Dis. Aperte singula discussa videntur. sed nõdum q̃ res sit motiua perspicuũ est. Ma. Motiua vis substantia q̃dã est a corde originata: formam accipiens in mẽbris diuersis ad distincta opera. Vñ ad operationẽ nutrimenti formã accipit in epate: ad operationẽ vitę in corde: ad opus vero sensus ꝛ motꝰ formã accipit in cerebro. Animat̃ aũt hęc substãtia quã ꝛ spiritũ dicimꝰ anima sensitiua (vt visũ est ca. de modo videndi) ꝛ sine sanguine corpi non iungit̃. Spiritꝰ ei inquit Aurelius in sicco habitare non potest. Prꝫeter hanc autem homini inesse aliam motiuã nõ organicam: quę nõ partẽ post partem/sed totum simul moueat: ꝛ eiusdez essentię sit cũ intellectiua Scotus astruit. hac mouebunt corpora gloriosa. Dis. Corpus est igitur motiua organica: spũs autem propter ꝛ subtilitatem et agilitatem appellata: non organica autẽ cuius vltimo mentionez facis: non corpus/sed ipsa anima intellectiua censet. Mag. Dis. serte dicta resumis. Di. Restat igit̃ vt intellectiuę cõditiões edoceas. Ma. Id ab alio libro cõmodiꝰ ordiemur. Dis. Placet.

Motiua contractiua. Progressiua. Gressibilis Volatilis. Reptilia. Natatilia. Operatiua. Affectionũ indicatiua. Vis motiua

xxxij.q.ij.c. Moses

Scotus sen. lib.iiij.

Liber Undecimus de natura origīe ac īmortalitate aīe intellectiue. ⁊ si aīa intellectiua sibijpsi semp cognita sit. in explicatiōe tñ nature eius mltū laborauerūt sapiētes. Ca. I. Ma.

Intellectiua/quā ⁊ mentē dicimus: sola est qua a beluis secernimur ⁊ creatoris imaginē expssius ingerimus. Hęc iuxta Aurelij sentētiā in decimo/ silr ⁊.14. de tri. c.10. sibijpsi semp cognita est. Exquo em̄ esse cępit: nūq̄ sui meminisse/nūq̄ se intelligere/nūq̄ se amare destitit. Nihil em̄ tā nouit q̄ id qd sibi p̄sto est: nec mēti magis quicq̄ p̄sto est/q̄ ipsa sibi. verūtamē terrenis inuoluta rebus/quas p sensus haurit nō semp se cogitat. Qui ergo ī explicatiōe naturę ipsius sudauere arabes/gręci/ ⁊ latini philosophi: se a terrenis ad sublimiora subleuātes/nō tā certas q̄ diuersas de ipa ptulere snias: quarū nōnullas ab initio libri decimi sub breuitate cōmemorauimus: reliquas ꝯsequēter nouē cāpis distributas/auxiliante deo lustrabimus. ⁊ in his qd ⁊ phice ⁊ catholice de natura aīę sentiēdū sit/venari tētabimus. Dis. Probe. Primū itaq̄ cāpos enumera: dehinc ipos suo ordīe pcurramus. Ma. Primus cāpus sit definitiōis. Secūdus diuisiōis. Tertius idēptitatis. Quartus vnitatis. Quintus imptibilitatis. Sextus origis. Septimus īmortalitatis. Octauus miserię. Nonus fęlicitatis. Dis. Nunc primum aggrediamur.

Augustinus

Cōtinuatio ⁊ diuisio libri

I Campus definitionis. in quo principaliores anime definitiōes enumerāt. Ca. II. Ma.

Primum campū intrantibus/multiplices animę definitiones occurrunt: e quibus pręgnantiores tm̄ dilucidandę veniunt. Uñ quidā animā in suo esse notificātes dixere: Anima est substantia spiritualis/simplex ⁊ indissolubilis: inuisibilis ⁊ incorporea: passibilis atq̄ mutabilis: carens pōdere/figura/et colore. Hęc definitio seipsam enucleat. Anīa em̄ cum substantia sit incorporea/quāta esse nequit: ideo nec pondus/figuram/aut colorem aut alias corporeas qualitates recipit. hinc inuisibilis/id ē nullo sensu corporeo perceptibilis: quia substātia spiritualis: simplex autem per abnegationem compositionis physicę ex materia et forma corporali. sic etiam indissolubilis. reliqua in sequenti hus clariora fient. Rursus in libro de spiritu ⁊ anīa dr: Anima est spiritus intellectualis/ratiōalis/semp mouens/semper in motu: bonę malęq̄ volūtatis capax. Et Plato in Phedone: Aīa numerus ē seipsum mouēs. intellectus huius in cāpo immortalitatis edocendus

Prima definitio anime.

Secūda definitio anime.

est: nūc definitiones ꝓsequamur. Dis. Sane. Mag. Qui animā respectu corpis cui⁹ forma est cōsiderāt/taliter definiūt. Nam ait Aureli⁹ li. de quātitate aīę: Aīa est substātia rōnis ꝑticeps/ regendo corpi accomodata. ⁊ Remigi⁹: Aīa ē substantia incorpea regens corp⁹. Aristo. q̄z: Aīa est ꝑm⁹ act⁹ corpis physici organici: vitam habētis in potētia. Et rursus: Aīa est ꝑncipiū q̄ viuim⁹/sentimus/mouemur ꝑm locū: ⁊ intelligim⁹ ꝑmum. Disci. Manifesta sunt hęc ex ꝑmissis. Ma. Aug⁹ aīaz intelligibilib⁹ cōparās ait: Aīa est oīm silitudo. Oīs q̄ppe cognitio ꝑ viā assimilatiōis est/vt ꝑtim tractatu ꝑcedenti exposuim⁹. mēs aūt q̄ oīa intelligit: oībus se assimilare possit necesse ē. Seneca aūt eā in ordine ad finē ꝓpriū definiēs ait: Aīa spūs est itellectualis: ad beatitudinē in se/⁊ i corpore ordinatus. qd̄ in cāpo penl'timo ⁊ vltimo manifestū fiet. Sz nū doctissimi Moysi sniaz silētio ꝑteribim⁹: ex cui⁹ ꝓphetię initio hęc aīę definitio emergit: Aīa est deiforme spiraculuz vitę. ait nāq̄ de⁹: Faciam⁹ hoīem ad imaginē ⁊ sil'itudinē nostrā. hominē nō q̄dem exteriorē/q̄ corrumpit: cinis est em̄ ⁊ in cinerē reuertet: sz hominē interiorē: q̄ iuxta apostolicā sniam/de die i diē renouat. ⁊ hęc est anīa. ecce deiforme. Seq̄tur. Formauit igit de⁹ hoīem de limo terrę/⁊ spirauit in faciē eius spiraculū (q̄ztū ad sensitiuā) vitę (q̄ztū ad vegetatiuā) et fact⁹ est hō in animā viuentē. Est em̄ hō interior aīa viuēs: vegetatiuā/sensitiuā/⁊ intellectiuā cōplicās: vt in campis sequentib⁹ patebit. Dis. Latissim⁹ ē hic cāpus ⁊ breui sermone qd̄ in sequētib⁹ venari possit demonstrās. ꝓgrediamur igit celerius: ne quid necessariorū oculos nostros aufugiat.

Alie definitiones

Augustinus
Remigius
Aristoteles

Augustinus

Seneca.

Moses
Gen. j. d.
Ibidē. iij. d.
ij. Cor. iiij. d
Ibidē. ij. b.

II Cāpus diuisiōis: in quo ꝑmo aīa ī itellectū volūtatē et memoriā ꝑtit. intellect⁹ ī agētem et passibilem diuiditur. et opa vtriusq̄z explicātur. nec intellect⁹ nec obiectū solū: sed vtrūq̄z cā intellectiōis ostenditur. Et speciē intelligibilem ī memoria intellectiua q̄ alia ē a sensitiua reseruari ꝓbatur. Ca. III. Mag.

Campo definitionū cōtigu⁹ est cāpus diuisionū: ⁊ tāto q̄dē latior/q̄nto lucidi⁹ ea q̄ definitōes cōplicāt/in ipo explicātur. In ꝑmis itaq̄z maiorū auctoritas aīam in tres potentias distributā tradidit: q̄ sūt itellect⁹/memoria/⁊ volūtas. Harū naturas paucis edocebim⁹. Dis. primū igit intellectū ꝓseq̄mur. Ma. Intellect⁹ est aīę potētia q̄ oīa itelligit. Hic rursus in agētē ⁊ passibilem distribuit: q̄ nō essentia/sed opatiōe secernūt. Dis. Opus ergo intellectus agentis qd̄ est? Magi. Quadrupertium est. Primū quo cū ꝑbantasmate in intellectu passibili spēm intel-

Potētie anime intellectiue

Intellectus agentis opa

ligibilem cōcausat. Secundū q̄ cū spē intelligibili actū intelligen
di ꝓducit. Tertiū quo ad habitū dispositionē inducit. Quartū q̄
habitū ꝑficit. Di. Intellectus passibilis opa q̄ sunt? Dis. Eadē Intellectus
sunt in cālitate receptiua/q̄ ⁊ agētis in cālitate effectiua. Illi⁹ em̄ passibil' opa.
est oīa facere: hui⁹ oīa fieri. Agēs em̄ facit oīa potētia ītelligibilia
actu intelligibilia. Passibilis aūt oīm ītellectiōes in se recipit. Dū
spēm intelligibilē ab agēte ⁊ phantasmate cātam recipit ⁊ conser- Memoria
uat/memoria intellectiua dr: dū vero actualē intellectionē ab agē
te ⁊ spē intelligibili ꝓductā accipit: intelligētia appellat. est eī me-
morię fęcūdę exprimere actualē intellectionē. Dis. Ad intellecti Intelligētie
onem itaq̄ q̄ttuor cōcurrere vident: phātasma scz: spēs ītelligibil': correquisita.
intellectus: agēs ⁊ passibilis. Ma. Scite infers. phantasma eq̄
dem: qd̄ accęptū a re ꝑ sensus ipāz singulariter sub cōditionibus
materialibus/q̄ sūt hic ⁊ nūc ⁊c̄. representat. Utriq̄ eī sensus exte
riores scz ⁊ interiores spēs recipiunt sine materia ab obiectis. Ex-
teriores q̄dē in p̄sentia obiecti. sicut cęra mollis recipit sine mate
ria formā p̄sentis ⁊ impssi sigilli. Interiores aūt sensus recipiētes
spēs eas magis subtiliant: ⁊ etiā in absentia obiecti cōseruāt: vtri-
q̄ tn̄ cū cōditionib⁹ materialib⁹ a q̄bus depuratę ⁊ abstractę cum
intellectu agēte spēs intelligibiles puras ⁊ simplices res ī vl'i rep̄-
sentātes ꝓducūt. q̄s passibilis (in eo qd̄ memoria ē) custodit. Rur
sus agēs dū actualē intellectionē facere nititur: in spē intelligibili
Uarro. ꝓpter sui limpiditatē/aciē figere nō valēs: iuxta Uarronis sniaz/se
ad phantasmata hui⁹ speciei cōuertit: qd̄ ꝓpter sui materialitatem
obstaculū p̄bet. quēadmodū visus in lumie sine opaco terminan-
te nō figit. Q, si multarū rerū spēs simul in ītellectu fuerint: hęc tn̄
intelligit cui⁹ spēs aut forti⁹ mouet. Cōcurrūt itaq̄ ad actualē in
tellectionem spēs/ aut verius obiectū in specie p̄sens relucēs/⁊ in
tellectus agēs: vt causę ꝑtiales/totalē cōplentes. nec em̄ obiectuz
nec intellectus intellectionē causat: sed vtrūq̄ simul. A cognoscē
te em̄ ⁊ cognito ꝑitur noticia. testat diu⁹ aug⁹. 9. de tri. 12. Dis.
Quare igit nō etiā obiectum/sed intellectū intelligere dicimus?
Magi. Nec obiectū /nec intellectū agētē ītelligere cōcedim⁹: sed
intellectū passibilē/intelligētē a suscępta intellectōe denominam⁹.
Augustinus sicut visū in se visionē recipiētē videre dicim⁹. sic nō pictorē albū/
sed dealbatū parietē/ab accępta albedine albū appellam⁹. Dis.
Si igitur de⁹ intellectionē ꝓduceret/⁊ eādē intellectui nr̄o infun-
deret/ītelligere diceremur. Ma. Etiā. Dis. Rursus in ꝓducti
one actualis intellectiōis nullus cālitatis locus intellectui passi-
uo tribuit. Mag. De hoc q̄d certi ꝓferā nō habeo: diuersę equi
Scotus dem sūt magnorū ⁊ ꝑhorū ⁊ theologoꝝ opiniones. Scot⁹ insuꝑ
materiā diutius vētilatā dubiā reliq̄t. Sūt p̄terea q̄ spēm intelligi
Aug⁹ li. xiiij. bilē in intellectu passiuo ꝯseruare inane iudicāt. q̄b⁹ ob augustiā
c. ij. et. c. iij. epitomatis nō rōnes/sed diui Aurelij verba obijcimus. Ait em̄ de

tri.li.9.c.11. Non oīno ipsa corpora in aīo sūt cū ea cogitam⁹: sed eorū sil'itudines. Sed ne fortusse id de phantasmatib⁹ (q̄ etiā corporū sil'itudies sūt) q̄spiā intelligēdū ꝯtēdat: qđ in lib.14. scripsit aīaduertat. Tūc (inq̄t) ⁊ si vitę hui⁹ mortalis transactę memineri mus: ⁊ credidisse nos aliqñ q̄ nō videbam⁹ memorit' recoluerim⁹: in p̄teritis atq; trāsact; deputabit' fides ista/nō ī p̄sentib⁹ reb⁹: sem pq; manentib⁹ ⁊c̄. manifestū est aūt in exuta aīa phātasmata/quę organa q̄nta req̄rūt locū habere nō posse. Dis. Alia igit' est memoria ītellectiua/⁊ alia sensitiua quā pauloañ in posteriore capitis pte situatā audiuim⁹? Mag. Alia eq̄dē. nā sensitiua nobis cū beluis cōis est: ītellectiua aūt soli⁹ rōal'mēt; potētia ē: q̄ ad imaginē creatoris formata ē. Sz iā hęc missa faciētes cęteras diuisiōes pcurramus. Dis. Tu festinas ad reliqua: ego vero hic aliquātis permanēdū censeo: donec intellectiōis vim enucleatius pandas.

De Causalitate intellectionis: ⁊ obiecto ītellectus. insuper ⁊ de duplici cognitiōe intuitiua ⁊ abstractiua. Ca. IIII. Mag.

Augustinus

Iquido (inquit diu⁹ Augusti: li.9. de tri.c.12.) tenendū est q̄ om̄is res quācūq; cognoscim⁹ cōgenerat in nobis noticiā sui. cōgenerat dicit. i. cuz alio generat. s. intellectu. Uñ subdit: Ab vtroq; eīm noticia patit': a cognoscēte ⁊ cognito. Cognitum vero p̄mū ⁊ adęquatū intellect⁹ nr̄i qđ sit/nō paruo labore a sapientib⁹ q̄sitū est: alijs deū/alijs q̄dditatē rei materialis/cęteris vero ens inq̄tum ens ꝓ obiecto intellect⁹ assignātib⁹. Primuz de p̄mitate pfectiōis: alterū de obiecto ꝓ statu p̄sentis vitę: tertiū aūt de obiecto intellect⁹ ex natura potentię ꝯcedi pōt. Nā deo q̄d pri⁹ in pfectione? q̄dditate materiali q̄d ꝯueniētius intellectui īmerso materię? Aut q̄d cōius ente? cū nihil sit qđ rōnē ei⁹ possit subterfugere/p̄ma impressiōe impressū aīę ait: Auicē. i. metha. Quid aūt ē qđ anīa nō possit cognosere intuitiue: vel abstractiue: cū etiā ab ente minimo vsq; ad maximū creatū/nihil possit intellectū ei⁹ vel satiare vel quietare: donec app̄hendat eū q̄ cunctarū pfectiones ī se cōplectit': ⁊ virtutis ē infinitę? Disci. Intuitiue qñ cognoscimus? Ma. dum obiectū p̄sens vt p̄sens est app̄hendim⁹. Abstractiue aūt: si obiectū in alio medio intelligim⁹: aut sentim⁹. naz cognitio intuitiua ⁊ abstractiua s̄m nōnullos haud infimę auctoritat; doctores nō tm̄ in intellectu/sed etiā in sensu locū habet. Intuitiue nāq; colorē actu p̄sentē videm⁹: absentē abstractiue imagīamur. Intuitiue btī in patria deū ꝯtēplant'/⁊ oīa creata. de quo tñ aliq̄ hesitantes ꝯtriū argumentant'. Abstractiue rosa in hyeme a nobis intelligit'. Dis. Intelligo ista: latēt vero alia q̄ dictis in p̄ori capitulo ꝯtrariari vident'. Ma. in mediū ꝓfer: si forte ⁊ huic tuo er-

Cognitū primū diuersum

Auicenna

Cognitio intuitiua ⁊ abstractiua.

rori mederi possit. Dis. Dictū esse memini ad intellectionē phantasma cōcurrere: quō igit̄ cognosci pñt/q̄ sensib⁹ nec spēs/nec phātasmata ingerūt. vt sūt virtutes/habit⁹/substātię īmateriales: et rez oīm origo simplicissim⁹ de⁹? Rursus si spēs itelligibilis a phātasmate abstracta rē in vl'i rep̄sentat (vt dictū ē) singl'aria qual'r intelligi pñt? Ma. hęc silētio p̄terire negligētię eēt nō pue: dissoluere āt difficile: attñ qđ in alioz codicib⁹ legi/haud silebo. Di. ꝓbe.

Substātie īmateriales: virtutes: habit⁹: et cetera hm̄oi: si a nobis ꝓ statu isto cognosci possint: ⁊ q̄ cognitiōe ⁊ ꝑ quid. ⁊ si substātia mat'ial' ꝑ ꝓpriā spēm cognoscat'. Ca. V. Ma.

Sapie. ix. Uere q̄ īmaterialiū rez q̄ pauloante cōmemorasti noticiā in hac vita/qua corp⁹ qđ corrūpit̄ aggrauat animā/haberi nō posse astruere conati sūt. Nōnulli vero de his cognitionē negatiuā/nō aūt affirmatiuā nobis cōcedunt. vt scire possumus ꝙ angel⁹ nō est lapis/nec lignū/nec aliud hmōi: sed q̄ res sit scire nō possum⁹. Cęteri cognitionē qz est/posse hic haberi de immaterialib⁹ ꝯcedūt: nō aūt ꝓpter q̄d. Taliū em̄ entiū nobis aliquā cognitionē esse possibilē naturale desideriū q̄ hęc scire desideram⁹ indicat: qz ad impossibile ⁊ frustra esse nō pōt: ⁊ tñ oīm est. dicente Aristo. i. methaphy. Om̄es homines natura scire desiderāt. Igitur (ꝑ tōpicā) maximū scire qđ est īmaterialiū entium maxime scire desiderant: quo adepto fęlices sūt. Sūmā equidē fęlicitatē ī hac vita in speculatione altissimaz causarū posuit. hinc ⁊ sapientem maxime fęlicem esse voluit. Sapientia eī circa altissimas causas ē. vt ī moralib⁹ tradidit. Adde qđ ab initio hui⁹ libri testimoniū ex Augustini p̄clarissimo volumine de tri. adhibui. qm̄ mēs ip̄a (quę vtiqz īmaterialis est) seipsā cognoscit. Dis. Possibilitatē mihi ꝑ suasam fateor: modū cognoscēdi aperias: cū illorū nulla habere possum⁹ phātasmata. Mag. Nec oīm q̄ cognoscim⁹ ꝓpria phantasmata hausisse ꝑ sensus necesse est: qm̄ nec materiales q̄dē substātias ꝑ ꝓprias spēs sentim⁹. Nā quoz p̄sentiā ꝑ ꝓprias spēs videmus/absentiā eorundē mox eodē sensu notam⁹. Dis. Nihil verius. Mag. Quia igit̄ absentiā panis in sacramēto altaris post consecrationē nullo sensu ꝑcipim⁹: cōsequens est vt panis p̄sentiam ante consecrationē ꝑ ꝓpriam spēm nullo sensu ꝑcępimus. Di. Contrari⁹ videris Aristoteli: quē dixisse ferūt in eo li. quē de aīa p̄titulauit: lapidē quidē nō esse in aīa (sed dū intelligit̄) sed speciez lapidis. lapidē aūt esse substātiā materialē haud dubitas. Ma. Si dubito/ab eodē in pede lęsus veritatē expetior: nō aūt ꝓpriam spēm illi⁹ material' substātię q̄ de se inuisibil' ⁊ intangibilis est/in sensu vel aīa esse ꝯcedo: sed spēz accidentiū lapidis: puta figurę ⁊

Aristo. j. metaphys.

vj. Ethicoz.

Aristoteles

coloris ꝛc. ad hunc sensū Phi dictū accipio. Uñ etiā in eodē lib. iij. de anima
ait: accidētia magnā ptē cōferūt ad cognoscēdū ꝙ qd'ē. Aliq̄ igit̄ j. de anima.
Appꝑhensionū diuersitas
ꝑ accidētia appꝑhendim⁹. vt substātias materiales. Alia ꝑ cōpositionē diuersoꝝ phantasmatū. vt aureū montē. Nā vt scribit diuus
Aug. ad Nebridiū: Aīa ꝑ vim augēdi ꝛ diminuēdi imagines format: quas ꝑus totas nō vidit. ꝑtes vero alijs atq; alijs rebꝫ attigerat. Alia in cōceptu simplici intelligim⁹. vt deū in ꝯceptu entis: vl' ex plibꝫ aggregato. vt ꝙ est ens verū/infinitū/necessarium ꝛ sic de alijs: q̄ simul accepta soli deo ꝯueniūt. Interdū/imo sepius res ꝛ causas ꝑ effect⁹ ꝛ opatiōes cognoscim⁹. sic animā in viuēte corpore arguimus. Anīa aūt seipsā intuitiue/nō ꝑ cuiuscūq; speciem cognoscit: qꝛ nō ob aliud q̄ eo quo sibi p̄sens est. inq̄t Aug. in de tri. Et sicut corporearū rerū noticias ꝑ sensus corporis/sic incorporearum rerū ꝑ semetipsam: ergo ꝛ semetipsam ꝑ seipsam nouit: quoniam est incorporea. nam si nō se nouit: nō se amat.

Aug⁹. ad Nebridiū

Idē lib. x. de trini. c. ix. Et li. ix. c. iij.

Q̄ parua sit cognitio nostra ī hac vita. et quomodo philosophi ꝑ creaturas in cognitionē creatoris deuēire potuerūt. Ca. VI. Di.

Si alijs medijs substātiarū copaliū ꝛ incorporaliū noticiā haurire nō possum⁹/diminuta est cognitio nostra. Ma. Recte ais diminuta: cū nec minimę entis naturā ꝛ q̄dditatē vti ē/perfecte scire possum⁹ q̄diu in h̄ mortali corpe a patria cęlesti exules ꝑegrinamur. Corp⁹ em̄ qd̄ corrūpitur (inq̄t sapiēs) aggrauat animā: ꝛ depmit terrena inhabitatio sensū multa cogitantē. ꝛ difficile ęstimam⁹ q̄ in terra sūt: ꝛ q̄ in ꝓspectu sūt inuenimus cū labore. q̄ in celis sūt aūt q̄s inuestigabit? Nec id oīno Aristotelem latuisse videt: cui cū de hac re sermo exortus fuisset in ꝑma phia/dicebat: Sicut oculus nycticoracis se habet ad lumē solis: sic ītellect⁹ noster ad ea q̄ manifestissima sūt in natura. habet eī cognitio nostra ortū a sensibꝫ. vt in analeticis ait. quib⁹ substātię (vt pauloante dictū est) subiectę nō sunt. quātūcūq; tñ has cognoscere cōcessum est ordine quodā cōceditur: vt de noticia vni⁹ alid̄ inuestigemus. sic ꝑ accidētia in substātiaꝝ/ꝑ effectus in causaruꝫ noticias deuenim⁹ ordīe p̄postero q̄tū ad reꝝ naturas. Rurs⁹ ab oībꝫ his finitis ad cognitionē īfiniti ꝯditoris eleuamur. concept⁹ em̄ q̄s de ęterno incōmutabiliq; deo formam⁹: a sensibilibꝫ ꝛ creaturis sumim⁹. vt diuin⁹ Paul⁹ ad Rom̄. arguēs ait: Qd̄ notū ē dei/manifestū ē in illis. de⁹ eī illis reuelauit. Sꝫ quō subiecit? Inuisibilia em̄ ipsi⁹ a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta sūt ītellecta ꝯspiciūtur. Sempiterna q̄ꝫ ei⁹ v̄t⁹ ꝛ diuītas. Oīs eī creatura inq̄t Aug⁹ vl. li. de tri. ca. iiij. ꝓclamat se hēre p̄stātissimū creatorem. nā vt ait sapiēs: A magnitudīe spēi ꝛ creaturę cog̃scibil'r poꝛit creator eoꝝ

Sapie. ix.

Aristo. li. ij. meta. Idem posterioꝝ. j.

Ad Rom̄. j.

Sapie. xiij.

j. Cor. xiij. videri: sed cognitio hęc impfecta ⁊ ex pte est. qr vt ait apl'us: p speculū in ęnigmate. Dis. Quō p ea q̄ facta sunt potuere pmi philosophi in noticiā dei deuenire: cū vtiqz de⁹ nihil hoꝝ sit? Mag. Augustinus Hac vtiqz via ipsi eū quęsiere. vt patet per Augꝫ. lib. 8. de ciuitate dei. c. 6. et vt idē ait lib. 8. de trini. ca. 2. nō paruę noticię pars est/ si anteq̄z scire possum⁹ quid sit deus/ possum⁹ iam scire q̄d nō sit. et lib. 15. ca. 2. Sic em̄ sūt incōprehēsibilia req̄rēda: ne se existimet nihil īuenisse si q̄z sit incōprehēsibile qd̄ q̄rebat potuerit inuenire. Cardinal' de Cusa. Hęc ni fallor est illa docta ignorātia de qua Cardinalis de Cusa secretoꝝ indagator sagacissim⁹ tres edidit libros. Intelligamus Augustinus itaqz (vt Aug. in pn. q̄nti libri de trini. docuit) deū si possum⁹ q̄ntū possum⁹/ sine q̄litate bonū: sine quātitate magnū: sine indigētia creatorē: sine situ p̄sidentē: sine habitu oīa continentem: sine loco vbiqz totū: sine tpe sempiternū: sine vlla sui mutatione mutabilia facientē nihilqz patientē. Quisq̄s deū ita cogitat (inquit idē) et si ñ pōt oīmodo īuenire q̄d sit: pie tñ cauet q̄ntū pōt aliq̄d de eo sentire qd̄ nō sit. Sed de his altior disciplina est. Dis. Illi igit̄ reseruanda sunt: ne ab incępta methado longi⁹ nos abducant.

Si menti nostre concreate sint omniū rerum species siue notiones. et vnde habet q̄ etiā de his q̄ nō didicit iudicare pōt. Qualiter insup accipiēda sint vba Aristotelis: q̄b⁹ aīam tabule rase cōparat. Ca. VII. Mag.

De īmaterialiū noticia sicut ⁊ corporaliū facillime respondere possunt q̄ menti nostrę oīm reꝝ species ꝯcreatas credidere: quas Platonici notiones appellāt: qr incognita Platonici. notificāt: ⁊ p illas anima de oībus iudicat: ⁊ hęc honesta/ illa turpia dicit. īter vera ⁊ falsa discernit. artificū opa min⁹ pfecta (q̄zuis artē operādi talia nō didicerit) vitupat. pfectiora laudat. ꝓportionib⁹ in sil'ibus repertis ꝯgaudet: nec vt aiunt sine illis pficere posset. sicut nec domin⁹ fugitiuū seruū insequēs/ cui⁹ oīno nullā cognitionē habet apprehēderet. ⁊ a natiuitate surdus cithareda non fieret. Dis. Tale quid in nobis esse experientia docet: sed an species siue notio sit/ certū nō habeo: libēter tamē hāc opinionē si veram iudicas amplector. Mag. Si per notiones huiuscemodi primę veritatis radiū/ omniū entiū species ⁊ notiones cōplicantem intellexerunt: cęteris in cognitōe p̄ferēdi sunt. Quātū em̄ lux ista in mente nostra efficiat: quę ad imaginē ipsi⁹ creata est: diuus Aug⁹. pfundissime in libro de vera religione disseruit. īsuper ⁊ in nono libro de trini. ca. 6. ⁊ lib. 14. ca. 15. Si autē p has notiones species intelligūt/ q̄ sunt ītelligibiliū sil'itudines ꝓprię: q̄les mēo-

ria nostra intellectiua cõseruat ꝑterita intellectiõe. errori huic ꝓximi sunt: q̃ aĩas nr̃as ante corpoꝝ vnionẽ retroactis sęculis in cęlestibꝫ habitasse ⁊ ibidẽ deliq̃sse astruũt. Dis. Hic error in supioribus explosus est. Sed dic q̃so Aristo. peripateticorũ primꝰ de cõ- Aristoteles
creatꝫ aĩę specieb⁹ q̃d sensit: idẽ ne cũ prioribꝫ? Mag. Minime.
Dis. Cur igit̃ aĩam a ꝑncipio tabulę rasę similẽ dixisse ĩuenitur? cũ vtiq̃ rasam tabulã dicere vsus habeat/in q̃ deleta sit q̃ priꝰ inerat scriptura vel pictura. sic de aĩa dixere priores: q̃ eã in descẽsu ⁊ corporea molis vnione ꝑteritoꝝ oblitã voluere. vt dictũ est in superioribꝫ. Mag. Quid si aristoteles minꝰ ꝓprie compationẽ dictã exp̃ssit: aut forte trãslator ꝓ tabula nuda ac plana/rasã dixit? Dis. Utrũq̃ fieri potuit. Ma. Si quod restat ocius ꝑtractemꝰ Dis. Alteꝝ de cuiꝰ intellectiõe q̃sierã singulare est.

Q̃ singulare intelligi possit demonstratur: et q̃liter intelligendũ sit ꝙ Aristoteles sensum esse singularium: et intellectũ vniuersalium dixit exponit̃. Ca. VIII. Mag.

Singulare nõ posse intelligi/nonnulli ꝑter ea q̃ pauloante dicta sũt ex eo ꝓbare conant̃: ꝙ Aristoteles sensum eẽ singulariũ/itellectũ ꝟo vniuersalium scripsit. E regione alij etiã singulare intelligibile astruũt: q̃ sub ꝑcepto dilectiõis cadit: dicẽte dño: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teip̃m. Et ioannes in canonica: Qui nõ diligit fratrẽ suũ quẽ videt: deũ quẽ nõ videt quõ diliget? Incognita aũt vt sanctꝰ Augustinꝰ lib. 10. de trini. testat̃/diligere nõ possumꝰ. Amplius si actũ singularẽ nõ cognoscimꝰ/velle nõ possumꝰ: q̃ nihil volitũ nisi cognitũ. Si igit̃ nec cognitũ/nec volitũ agimus: dum singulares actus ꝑpetramꝰ adulterij ⁊ rapinę/minime peccamꝰ: quia peccatũ adeo volũtariũ esse dicit̃ a diuo Augustino libro de vera religiõe: vt nullo modo sit peccatũ si nõ sit voluntariũ. Dis. Facile ex his singulare posse intelligi crediderim: si intelligẽdi ipsum modũ edocueris. Mag. In singulari tria reperies: sed nõ ęque intellectũ mouentia. Est em̃ ibi natura: q̃ de se indifferẽs est esse hoc vel aliud: sed ꝑ secundũ/q̃ differentia indiuidualis siue hecceitas dici solet: contrahit̃ ad esse hoc singulare: q̃ consequẽter accidẽtia quędã cõcomitant̃. quę sunt forma/figura/locus/stirps/patria/tempꝰ. de quibꝫ libro. 2. de indiuiduo dictũ est. Per sensum natura sentit̃ vt quo/siue vt ratio formalis obiectiua. Differentia indiuidualis siue hęcceitas sentitur vt conditio sine qua nõ: cum cõditiõibꝫ iam dictis eam consequẽtibꝫ. Totũ autẽ singulare sentit̃ vt obiectũ quod. s. sensationẽ terminat. Mouet igitur ibi potentiã sensitiuã natura/non singularitas: q̃uis sine singularitate natura sensu ꝑcipi nõ possit: quẽ-

Aristoteles.

Matth. v.
Joh. j.
Augustinus c. j. ij. iij.

Idem.

In singulari tria sunt.

admodū colorē sine quātitate visus nō videt: q̄uis quātitas non sit ratio formalis ⁊ p̄mo mouens visionis. Dis. Plane sensationem singularis explicasti: q̄uis id quesitū non sit: sed magis quō intellect⁹ singulare appꝛehēdat. Mag. Et id ex dictis mox apparebit. Si em̄ de cognitiōe intuitiua queris: intellect⁹ singulare vt tria ante dicta includit/intelligit. Si de abstractiua causaꝛ intellect⁹ singulare vt includit naturā cū hecceitate/sine cōditiōibus indiuiduātib⁹ appꝛehēdit: nō tamē sub ratiōe singularis/sicut nec sensus. Dis. Aristoteli aūt quid respondēdū censes: qui sensum singulariū/⁊ intellectū vniuersaliū dixit? Mag. Bene dixit: nec illis q̄ tā disserta sunt contraria. Est em̄ sensus singulariū tm̄: intellect⁹ aūt vniuersaliū: sed nō tm̄ vniuersaliū/cum etiā singularia intelligat. Dis. Optime. Nunc si placet ceteras si q̄ latent in hoc campo diuisiones intellect⁹ detegas.

De intellectu pꝛactico ⁊ speculatiuo. vñ hāc denoīationē hēat: ⁊ quō intelligēdū sit intellectū extēsione fieri pꝛacticū: Ca. IX. Mha.

a Mplius intellectū in pꝛacticū ⁊ speculatiuū diuisū cernimus: nō q̄dē partitiōe essentiali/sed accidētali tm̄. Pꝛacticū q̄ppe ⁊ speculatiuū q̄uis actuū ⁊ habituū sint differentię essentiales ⁊ intrinsecę: intellectū tm̄ denoīant accidētaliter ⁊ extrinsece. Vñ intellect⁹ informat⁹ actu vl̄ habitu speculatiuo: vtputa sciētia aut sapia/speculatiū⁹ dicit. Informat⁹ aūt actu vl̄ habitu pꝛactico: vt sunt ars ⁊ pꝛudētia/pꝛactic⁹ noīat. Ille speculabilia cōsiderat. i. verū in rōne veri: vt est p̄ncipiū sciētię aut sapientię. Iste opabilia attēdit. i. obiectū in rōne boni/vt est p̄ncipiuꝫ opatiōis: q̄ a grecis πραξις pꝛaxis dꝛ: inde intellectus nomē sortitus est. Illius finis est speculari/scire: ⁊ v̄itas. Isti⁹ finis ē opari ⁊ op⁹. inde intellect⁹ pꝛactic⁹ siue opatiuus appellat. Imꝑfecte q̄dē si opabilia vniuersaliꝛ sine dictamine pꝛsecutiōis aut fugę cōsiderat. Perficiet aūtē si operabilia magis particulariter ⁊ cū dictamine pꝛsecutiōis aut fugę intelligat. Vñ cum intellect⁹ cibū sub ratione boni delectabilis intelligit: voluntas si determinat ipsuꝫ velle sub rōne boni/p̄ncipiat actū pꝛacticū: ⁊ intellectui vt media consequēdi cibū quęrat/imperat. intellect⁹ aūt hęc media perquirens iam pꝛacticus denominat: q̄uis imperfecte. dum autē vltra se extendit vt inuenta media in executiōe ponant: in pꝛaxi perficiatur. Dis. Intellect⁹ itaq̄ imꝑfecte pꝛactic⁹/extensiōe fit perfecte pꝛactic⁹? Mag. probe. Actus em̄ siue intellectio circa inq̄sitionē mediorū cōueniētiū ad cibū consequēdū/licet directiua sit: nō tamen pꝛaxim. i. operationē dirigit: ideo intellectū nō nisi imperfecte pꝛacticū denoīare poterit. medijs aūt inuētis i executio-

Intellectus speculatiuus pꝛacticus.

Finis intellectus specu. ⁊ pꝛactici

ne posttis/intellectio prarim/id est opationē actu dirigit: ideo in
tellectū pfecte practicū denoiare habet: fitq; iuxta mentē Aristote Aristoteles
lis in tertio de aīa (intellect⁹ extensiōe practic⁹. Intellect⁹ inquā
p̄mus imperfecte practic⁹: quia intellect⁹ speculatiuus obiectum
tm̄ in ratione veri speculat: ꝛ nunq; fit practicus. Actus autem ꝛ
habit⁹ si ab obiecto aut a fine habeāt q̄ sint practici/magni ꝛ phi
losophi ꝛ theologi diuersa senserunt: quę alijs determināda relin
quim⁹. Dis. Optime. Cętera interim percurram⁹.

Intellect⁹ qñ ratio ꝛ intelligētia dicat: et quō in portionē supiorē que vir est: ꝛ in inferiorem que est mulier diuidi intelligatur. et si in portione superiori tm̄ imago dei reperiatur. Capitulum decimū. Mag.

Intellectus. ratio. Intelligētia

I paulo intimius hūc campū lustrabim⁹: intellectū rōnē/
ꝛ hui⁹ portionē supiorē itelligētiā/ꝛ virū: inferiorē ꝓ ra
tionē ac mulierē appellari cōspiciem⁹. Synderisim aūt et
ꝓsciam a nōnullis itellectui/ab alijs ꝓ volūtati attributas iue
niem⁹. Dis. Hęc ḡso lati⁹ explana. Ma. Intellect⁹ q; p discur
sum ꝛ rōcinādo itelligit/rō cōueniēter dr. Cui⁹ portio supior qm̄
incōmutabile ꝓtēplās/supnā ꝛ iternā ꝓsulit ꝟitatē: intelligētia ē.
eo q̄ simplici⁹ ꝛ quieti⁹ hmōi apḡbēdat. Inferior aūt portio infe
rioribꝫ tractādis gubernādisq; deputata/a rōcinādo nomen reti
net. In illa est sapia ad ꝓtēplationē ęternoꝝ atq; incōmutabiliuꝫ
ptinēs: in hac scia actioni q̄ bene vtimur tpalibꝫ cohęrēs. Tūc au Augustinus
tē inqt diu⁹ Aureli⁹ lib. 12. ca. 13. de tri. bis bñ vtimur: si quicq̄d in
vsu tpaliū facim⁹/ęternoꝝ adipiscēdoꝝ ꝓtēplatiōe faciam⁹: p ista
trāseūtes/illis inhęrētes. Et in eodē li. hanc viꝫ/illā aūt mulierē
appellat. idē q̄z insinuari p Ap'm affirmat: dū scribēs corinthijs
ait: Vir q̄dē nō debet velare caput suum: qm̄ imago ꝛ gl'ia dei est. j. Cor. xj.
mulier aūt gl'ia viri est. Dis. Quid p velamē intelligis? Ma.
Potestatē cohibentē. Qm̄ quātūcunq; (inquit) se extenderit in id
quod ęternū est/tāto magis inde formak ad imaginē dei: ꝛ ppea
nō est cohibenda: vt se inde contineat ac tēperet: et ideo vir (id est
portio superior: cuius est ęterna cōtēplari) nō debet velare caput.
Quia ꝓ illi rationali portioni quę in rebus corporalibꝫ tēporali
busq; versak/periculosa est nimia in inferiora ꝓgressio: debet ha
bere potestatē sup caput: qō indicat velamētū: quo significak esse
cohibēda. s. inferior portio: cui⁹ est tēporalibꝫ intēdere. Fit āt hęc
cohibitio a portiōe superiore: q̄ in speculo cōsiliū ḡsidet: et viri offi
cium exercet: et eū a carnali sensu magꝭ elongata sit/validior est:
Inferior āt portio sensualitati vicia sępi⁹ emollit ꝛ facile ꝓsentit:

Gen.iij.a. hinc mulieris naturã imitat. Un̄ sicut in paradiso terrestri Gen.3.a serpẽs mulieri illecebrã ingessit: cui consentiẽs de ligno vetito comedit: ꝛ vt vir in idẽ cõsentiret illexit. q̃ cũ vxoris insolẽtiã nõ cohibuit/diuinũ mãdatũ trãsgressus est: et nobis mortẽ intulit. Sic ĩ paradiso spũali/mentis nostrę sensualitas illecebras corpis portioni inferiori exhibet: q̃ vt mulier emollita cõsentit: ꝛ portiõi superiori de eadẽ ad mãducãdũ cõsentiẽdũ q̃ ꝓbet. q̃ si nõ viri officium
Rom.vj.c exerceat/mulierẽ cohibẽdo: sed mẽbra iniq̃tatis arma peccato exhibet: vt si potestas sit etiaꝫ corpe cõpleat: iamiã sil̃ de cibo vetito comedit: ꝛ aię mortẽ per pctm̃ intulit. Dis. Diuersarũ ne/an vnius essentię sunt hę portiones? Mag. Uni⁹. Un̄ cũ eas cõmemorasset Augustin⁹ subiunxit: Cũ igit̃ disserim⁹ de natura mẽtis humanę/de vna quadã re disserim⁹: nec eã in hęc duo q̃ cõmemorauimus nisi ꝓ officia geminam⁹. Dis. Cur igit̃ ĩ vna tm̃.s. superiore imaginẽ dei dictũ est? Mag. Quia vt idẽ astruit: ex hac cõspectã cõsulit vitatẽ. Illa autẽ intẽdit̃ in agẽda inferiora. Quod quidẽ ita accipi põt: vt in superiore imago dei sit magis exp̃ssa: in inferiore ãt min⁹ exp̃ssa: ideo in illa/nõ aũt in altera esse dicit̃. Qua aũt ratiõe mens dei imaginẽ gerat fortasse in sequẽtib⁹ enodabit̃: nũc q̃ reliquũ est breui sermone transcurram⁹. Dis. Ex q̃libata distributione restat vt de synderisi ꝛ cõscientia loquamur.

De synderisi ꝛ conscięntia vnde nomĩa habeant. et si intellectui aut volũtati attribuẽda sint. et qualiter ad syllogisinũ practicũ cõcurrunt. Capitulum. XI Mag.

Ui synderisim ꝛ cõsciẽtiã volũtati attribuũt: in intellectu q̃ duo ponũt correspõdẽtia. Primũ est lex nature: quę ẽ vniuersalis regula operãdoꝝ. huic in volũtate correspondet q̃dã motor vniuersalis: stimulãs ad talia ꝑncipia vniuersalia semp cõcordãs dictamini legis nature. ideo synderisis dicit̃ a syn quod est con: ꝛ hęresis electio: quasi electio cõcordãs legi nature. Lex aũt nature dictat bonũ eligẽdũ: ꝛ malũ fugiendũ. Huic igit̃ synderisis concordans/bonũ appetit: semp̃q̃ malo remurmerat.
Augustinus Hanc Aug⁹. in lib. de baptismo paruuloꝝ describẽs ait: Synderisis est lumẽ ĩnatũ ꝛ animę cõcreatũ: quo dirigimur ꝛ mouemur ad faciendũ ea q̃ pertinẽt ad vitationẽ culpę ꝛ pẽnę: ꝛ ad adeptionẽ glorię. Un̄ sicut in intellectu est lumẽ naturale quo ꝑncipia intelligibiliũ naturaliter assentim⁹: ꝛ intellect⁹ siue habit⁹ ꝑnciꝑoꝝ dicitur: sic in volũtate lumẽ est naturale/respectu opabiliũ apperẽdorum: quod synderisis dicit̃. Secundũ quod in intellectu ponunt̃ est ratio recta de particularib⁹ agendis: cuius dictamen quasi sub sumit sub principijs vniuersalib⁹. Huic in volũtate correspõdet

Synderesis.

quidā motor particularis stimulās ad opus ꝑm dictamen rōnis
Conscientia rectę. Hinc dicit consciētia: eo ꝙ sit electio deliberatiua in volun
tate cōcordās cū sciētia in ratiōe recta. Uel dicit cōsciētia: q̄ si con
cludēs scientia. Uñ in syllogismo practico synderisis maiorē po
nit ex dictamine legꝫ naturę. recta rō minorē subsumit: et ꝯscia cō
cludit. verbi gr̄a: dicit synderisis: Omne malū vitandū est. subsu
mit rectę rōnis portio supior. Adulteriū est malū: qr a deo ꝓhibi
tū. vel portio inferior. adulteriū est malū: quia turpe ⁊ inhonestū:
infert conscientia: igit adulteriū est vitandū. Dis. Sicut ergo in
speculabilibꝫ habitꝰ ꝑncipioꝝ dicit intellectꝰ: ⁊ habitꝰ cōclusionū
sciētia: sic in opabilibꝫ habitꝰ ꝑncipioꝝ est synderisis: ⁊ habitꝰ cō
clusionū est ꝯscia. Mag. Scite cōcludis ex dictis: ⁊ opiniōi al
teri alludis: q̄ synderisim ⁊ cōsciētiā intellectui practico potiꝰ q̄ꝫ
volūtati attribuit. Ait em̄ Damascenꝰ. li. 4. Cōsciētia nostra ē lex Damascenꝰ.
intellectus nr̄i. synderisis aūt/ vt testat diuꝰ Hieronymus super Hieronymꝰ.
Ezech. scintilla est ꝯsciētię. ⁊ hoc si tenere placuerit ea q̄ synderi
sim ⁊ cōsciētiā volūtati tribuēda arguūt. qr synderisis remurmu
rat malo: ⁊ cōsciētia remordet. intelligēda sunt ostēsiue ⁊ dictati
ue: ⁊ q̄dāmodo inclinatiue/ sine tamē coactōis necessitate. Sunt
etiā q̄ consciētiā intellectui: synderisim aūt voluntati accomodāt.
quod silr̄ ex intelligentia dictoꝝ saluari potest. Si aūt synderisis
extingui possit: ⁊ consciētia etiā erronea sub pctō ad opus liget: et
alia huiuscemodi dubia vtrūqꝫ cōcernētia/ theologię reserua nꝰ.
Nunc si q̄d aliud in hoc campo latitare existimas/ ostēde. Dis.
Primę diuisiōis q̄ aīam in ītellectū/ memoriā ⁊ voluntatē distri
buis/ ꝑma duo mēbra ꝓ epitomatis capacitate satis lustrauimꝰ:
supest vt tertij/ volūtatis. s. naturā diligētiꝰ ꝑquiramꝰ.

De potentia rationali motiua: que est voluntas: et eis subseruientibus: irascibili ⁊ cōcupiscibili. insuper de diuisione voluntatꝫ in naturalē ⁊ deliberatiuā. Ca. XII Mag.

Sicut in sensitiua ꝑter apprehensiuā etiā appetitiuam siue
motiuā ostēdimꝰ: sic ⁊ in rōnali ꝑter cognoscitiuā: quā in
tellectū noīamꝰ siue rationē/ etiā appetitiuā īuenimꝰ: quā
Voluntas voluntatē dicimꝰ. Et est (vt inquit Augustinꝰ lib. de duabꝫ anima Augustinus
bus) motus animi cogente nullo/ ad aliq̄d vel nō admittendum/
vel adipiscendū. Subsunt em̄ volūtati irascibilis ⁊ cōcupiscibil.
Per hanc contraria nō admittit: per illā conueniētia adipiscitur.
verūtamen vna sunt res cum volūtate: nec realiter ⁊ organice ab
ea distinguūtur: quēadmodū in sensu. Hic est appetitꝰ rationalis
motū imperans in rationalibꝫ ad ea quę ratio cognoscit. Cogni
tum nanqꝫ ab intellectu sub ratione boni/ obiectū fit voluntatis:

per signiferū ꝓtensus circul⁹ locus est beatoꝝ: Cętera autē signa trāseuntes/quasi ebrię ex visis diuersis obliuiscūtur eorū q̄ habebant in cęlo. In sphęra Saturni acq̄rūt intelligētiā: in Joue vim agendi: in Marte aīositatis ardorē: in Sole sentiendi opinandiq̄ naturā: in Uenere mot⁹ voluptatū: in Mercurio interpretandi vigorē: in Luna vim auguriandi. Purgatas q̄z euocari ad lethęū fluuiū: vt inde bibētes obliuiscant p̄teritoꝝ malorū q̄ in corporibus passę sūt/ ⁊ ad supera ꝯscēdant: ⁊ ab his rursus in inferiora reuerti cupiāt. vñ Uergili⁹ platonice dixit: Lethęū ad fluuiuꝫ deus euocat agmine n. agno (scꝫ aīas) Scꝫ īmemores supera conuexa reuisent: Rursus ⁊ incipiāt in corpora velle reuerti. Intm̄ ēt Apulei⁹ desipuit: vt in li. de deo Socratis assereret anias hoīm in dęmōes trāsire/vel lares si boni sūt/vel lemures siue laruas si mali. Manes aūt deos dicūt. Uarro aūt aīarū reuersionē ita ꝯstrinxit: vt nō in bestiarū/sꝫ ꝓpria corpa redire eas diceret. Porphyri⁹ q̄q̄: ⁊ Jāblic⁹ idē asseruit: ⁊ post purgationē de cęlo non reuersuras ampli⁹ in alia corpa. Purgationē vero aīarū/quā theurgiam dicunt/ ⁊ has falsas opiniōes Aureli⁹ li. 9. ⁊. 10. de ciui. sufficienter cribrauit. Et beat⁹ Amb. li. de fide resurrectiōis. c. penultimo ⁊ vltimo hui⁹ figmēti auctores irridet/dicēs: Neq̄ em̄ mirū debet videri qd̄ credetis vos in bestias posse mutari q̄ bestias adoratis.

Uergilius vj. eneido. Apuleius Uarro. Aug⁹. de ciui a. lib. xxij. c. xxviij. Ambrosius.

Dis. Pythagorā/platonē/porphyriū ac cęteros gentilitatis caligine obfuscatos in difficillimis quęstionibus/aīarū scꝫ origine ⁊ ꝑpetuitate errasse paruifacio: Origenē vero quē singl'ari īgenio et vitę puritate claruisse: ⁊ sacras lr̄as nō modo legisse/ veꝛetiā abūde exposuisse ferūt: in dictis q̄stionib⁹ delyrasse/q̄s facile crederet?

Ma. Nemo nisi q̄ ei⁹ scripta singulari diligentia cōsiderauere.

Dis. Et q̄ fuere isti? Ma. Diui⁹ Hieronym⁹ ⁊ Augustini ingenio/eloquio/doctrina/fide ⁊ sanctitate clarissimi. Dis. Pauca si p̄sto sunt ex his de Origenis circa aīas errore deducas.

Origenis error de lapsu animaꝝ de celo ⁊ mutatione earūdē in demones: ⁊ de saluatione demonū. Ca. XXVIII. Magi.

Hieronym⁹. Beatus Hieronym⁹ ad auitū scribēs inter cęteros errores Origenis quos ī libris περιαρχων. i. de p̄ncipijs docuit etiā hunc de aīabus apte ostendit. ⁊ in expositione fidei ad Damasum papā ꝯdēnat. Credidit em̄ Origenes (vt plano s̄mōe pauca referā) aīas in cęlis fuisse angelos: vbi q̄ postq̄ peccauerūt deiectas in istū mūdū in diuersa corpora/tanq̄ in carceres ꝓ delicti qualitate: in q̄bus si noluerint ad meliora cōuerti/in alio mundo dęmones fieri: dęmones q̄z si voluerint ad meliora ꝯuerti: in alio mūdo vel mūdis ꝑ supplicia atq̄ tormēta in corpib⁹ erudiri: et

Origenis opinio.

rursus ad angelicā ꝑuenire dignitatē. Nos q̄z si negligēti⁹ nō ege rimus/in corporib⁹ angelos futuros ait. Aiam etiā angelū ⁊ dę monē (q̄s vni⁹ asserit naturę/sed diuersarū volūtatū) ꝓ magnitudine negligētię ⁊ stultitię iumētū posse fieri: ⁊ ꝓ dolore pęnarum ⁊ ignis ardore magis ac magis eligere vt brutū aīal sit: ⁊ in aq̄s habitet ac fluctib⁹: ac corp⁹ assumere hui⁹ vel illi⁹ pecoris. Et q̄uis hęc dogmata nō iuxta suā sniam in p̄mo periarchō dicat: in sequētibus tn̄ multa alia erronea inducēs suā fatet̄. vt patet ꝑ Hieronymū quo supra. Epiphanius quoq̄ in epl'a ad Johānē hierosolymitanū episcopū (quā sanct⁹ Hieronym⁹ e gręco in latinū transtulit) Origenē hęc sensisse libere astruit. Insuꝑ ⁊ discipulos suos docuisse: ne q̄s oret in cęlū ascēdere: ne pei⁹ iterū peccās q̄z an̄ peccauerat/rursus p̄cipitet̄ in mūdū. Propter has nāq̄ animarū circulatiōes diuersos sibijnuicē succedere mūdos sensit ⁊ scripsit. inquit diu⁹ Augustin⁹ li.11.de ciui.dei.c.23. Errorē hūc pessimū Augustin⁹ varijs locis ꝯfutat. vtputa li.11.c.23.li.12.c.13.li.19.c.20.in epl'a ad sctm̄ Hiero. de origīe aię. de eodē ad Euodiū ⁊ Optatum et li.12.de tri.c.vl. Sacri etiā canones errorē istū inter hęreses dānant.xxiiij.q.iij.c.pe.

Epiphanius

Augustinus

Q̄ anima nō est in corpore vt in carcere in quo luat in celo cōmissa: sed vt in ꝓprio perfectibili. Capitulum. XXIX. Dis.

Catholica positio.

Explosa vanitate/quid tenēdū sit videam⁹. Mag. Animas rōnales q̄tidie singulis corpibus sufficienter dispositis singulas a deo creari ⁊ simul infūdi ex prioribꝫ liquet. Infundunt̄ aūt nō vt carceribꝫ in q̄bus nescio q̄ priora delicta luant: q̄ em̄ simul infundendo creant̄/pri⁹ nō erant/nec peccauerūt: Hinc ⁊ apl's loquēs de Jacob ⁊ Esau ait: Cum em̄ nōdū nati fuissent: aut aliq̄d boni egissent/aut mali/ex vocāte dictū est: Jacob dilexi: Esau aūt odio habui. Rursus q̄ carceribꝫ pęnaliter includūtur: eos nō modo nō amāt/sed si pn̄t effugiūt. anię aūt tali amore corporibꝫ copulant̄. vt iuxta apl'i vocē: nō expoliari/sed supuestiri velint. Dis. Nū idē dixit desideriū habēs dissolui ⁊ eē cū christo? Et itez: Infęlix hō ego/q̄s liberabit me de corpe mortis hui⁹? Dauid insuꝑ ait: Heu mihi q̄r incolatus me⁹ ꝓlongat⁹ est. Mag. Prompte scripturarū loca adducis: sed fortasse min⁹ intelligis. Nā vt beat⁹ Thomas exponit: Paul⁹ nō refugiebat corpis naturā: q̄r ab eo expoliari nolebat: iuxta priorē vocē: sed volebat carere infectiōe cōcupiscētię ⁊ corruptiōe corpis q̄ aggrauat aīam ne possit deū videre. Un̄ notant̄ dixit: de corpe mortis hui⁹. Nō igit̄ aīa corpi tanq̄z carceri: sed ꝓprio ꝑfectibili vnit̄. nō ꝑ assistentiam vt rector naui: quēadmodū maledict⁹ Auerrois somniauit: sed ꝑ realē

Roma.ix.c.

Malach.j.

ij.Cor.v.

Phil.j.

Ps.cxix.

Tho. secūda secūde.q.xxv arti.v.

Auerrois

informationē vt ꝑ se forma. vt exp̄mit clemētina vnica de summa
Clementina. tri. ⁊ fide catholica. Cū aūt talis informatio cōsistat in ꝓportione
harmoniaca q̄ ī alio eadē nō repitur: ideo nec aīa vnius corpi alte
rius vt forma cōiungit̄/sed cuiq; ꝓpria infundit̄/creatoris volūta
te: vt in eis ipsi famulātes maiorē mereant̄ vnionē aliqn̄ ꝑfecte cō
Athanasius. sequendā in aduētu iudicis. vn̄ inq̄t Athanasius in symbolo: Om
nes hoīes resurgere habēt cū corporib⁹ suis/⁊ reddituri sunt de fa
ctis ꝓprijs rationē: ⁊ qui bona egerūt ibūt ī vitā eternā: q̄ vero ma
la in ignē ęternū. q̄ duo sequētib⁹ cāpis indaganda veniūt. Di.
Optime. Prius tn̄ separationem ⁊ reunionem animę ⁊ corporis
latius persuadebis.

Quō aīa reuniri opssit corpi exēplo deducitur. ⁊ Auerrois opinio de vnitate intellect⁹ reprobatur. Insup resurrectionē a gētilibus creditā ab eccl̄ia: christo: apl̄is ⁊ ꝓphetis ml̄tipll̄r attestatā eē oñditur. Ca. XXX. Dis.

Anima cū in ꝓportiōe quadā vnita sit corpi/necessario sepa
a bitur ꝓportione resoluta: q2 vero īmortalis est substantia:
sepata nō iterit/sz ꝑ se subsistit: nec tn̄ ꝑpetuo desiderio suo
qđ ad corpus habet/cui⁹ ꝑ se forma est frustrabit̄. Natura aūt idē
corpus numero resolutū in cineres restaurare nō pōt: restaurabit̄
igit̄ ab eo q̄ ip̄z p̄mo ex nihilo in cōi oīz mat̄ia creauit: cui ꝑmanēs
aīa vt ꝓp̄o ꝑfectibili reunie t̄. Quēadmodū em̄ ꝑcutiēs vitrū in ꝓ- Apta simi
portione integrū vim quādā īmittit/motū ⁊ sonū harmoniacū in litudo.
eodē efficientē: quā rupta vitri ꝓportiōe ⁊ integritate nece est mox
abscedere. q̄ vis si īcorruptibilis esset substātię ⁊ ꝑ se subsistere pos
set/donec aliqua arte vel ingenio vitro reformato reunire t̄: ī eodē
vtiq; ꝑtermissū motū ⁊ sonū ꝯtinuaret. Dis. Placet hęc manu
ductio: nā creatiōi ⁊ infusiōi aīę videt̄ pl̄imū ꝯuenire. Nō eī extra
vitrū ꝑcutiēs vim hāc causat ⁊ vitro īmittit: sed in vitro eā ꝯcitat.
Sic ⁊ creator aīam nō p̄us creat extra corp⁹ ⁊ postea infundit: sz
simul eodē instāti corpi creādo īfundit: in q̄ mot⁹ viuificatiōis ⁊ in
tellectiōis varios exercet. Mag. Scite qđ volui resumis. Di.
Aliud aūt video pauloan̄ cōmemoratū: qđ nōdū itelligo. Ma.
Pl̄a fortasse. nec eī oīa dilucidare possumus: vertn̄ edicito q̄d te
dubiū reddat. Dis. Cur Auerroim ⁊ maledictū ⁊ sōniātē appellā Auerrois er
ueris. Ma. q2 h̄ catholicā irridēs sinceritatē ad Mahumetz cā ror maledict⁹
ninā ꝑfidiā redijt. ⁊ dū Aristo. lucubratōes ī ml̄tz n̄ īdocte exposu
isset: tn̄ eū locū q̄ de ꝑpetuitate aīę rōnal̄ē: nō tā obtenebrauit q̄z ēt
rōnib⁹ ⁊ argumētationib⁹ telę areneę paulo fortiorib⁹ deprauare
conat⁹ est: intantū vt diceret vnū ⁊ eundē numero omnib⁹ homi-

bus esse intellectum: qui corpus nõ realiter inherẽdo informaret/ sz coassistẽdo itelligentiam p̃staret. Quo dicto q̃d turpius? a phia vera q̃d remotius? in fide christi quid execrabilius? Dis. Nihil profecto. sequeretur enim castos quosq; ac virtuosos cum lenonibus auarissimis eadem labe teneri infectos: ⁊ ex corpore ⁊ anima nõ vere vnum posse fieri compositum. Mag. Adde q̃d mox in sequẽtibus demonstrabitur: omnes homines in ęterna gloria beatificãdos/ eosdemq; in ęternis cruciatibus puniendos. Si enim vnius hominis intellectus diuina perfruetur visione/ omnes beati erũt quorum hic idem intellectus est. Rursus si vnus intellectus diabolo ⁊ socijs eius adiudicabitur ad gehennam: omnes ardebunt pariter quorũ hic idem est intellectus. Dis. Intelligo. sz fortasse si hic intantũ desipuit: nec resurrectionẽ in vitam vel pęnam credidit. Mag. Credidit vtiq;: q̃ ⁊ intellectum ĩmortalem cognouit: et ꝓpter futuras spurcitias legi Mahumeticę seruiuit in eadẽ promissas. Nõ enim resurrectio mortuorũ ⁊ alia vita a solo christo ⁊ apostolis in nouo testamẽto/ ꝓphetis quoq; in veteri testamento p̃dicata est: sed a gentibus etiã pręnunciata. vti clare videre est ĩ versibus Sibyllę Erithręę: quos diuus Augustin⁹ li. 18. c. 24. de ciui. cõmemorat. Plato etiã scripsit animas ad corpora redituras. vt ante patuit. ⁊ Augustinus. li. 22. de ciui. c. 27. testatur. sic Vergilius/ sic Pythagoras senserũt. Labeo quoq; ⁊ Marcus Varro nõnullos resurrexisse scripserunt. vt recitat Augustinus in eodẽ libro. c. 28. Dis. Naturalibus igit̃ ratiõibus futurã resurrectionem venari poterimus. Mag. Quapropter? Dis. quia vtiq; iam dicti philosophi eam non ex fide possibilẽ crediderunt. Magi. verum. Attamen vel auctoritate scripturarum antecessorũ suorum/ vel ipsa experientia permoti possibilẽ fore animę ⁊ corporis reunionem cõcessere. nam naturali indagine nec a priore/ nec a posteriore (vt quidam opinantur) id sufficienter probari poterit: sz articulus est fide creditus. vt patet in symbolo Apostolorũ vbi dicit̃: Carnis resurrectionẽ. in symbolo Niceno vbi dicit̃: resurrectionez mortuorum. In symbolo Athanasij/ vnde primo adductum est testimonium. Insup̃ dominus in euangelijs: Apostoli in suis epistolis: fere omnes ꝓphetę veteris legis idem luculentissimis testimonijs astruunt: quę ad pręsens prętereunda sunt: ea tamen diu⁹ Augustinus in libro. 18. de ciui. dei sufficienter deducit. Nos campuz glorię ingrediamur.

Sibylla. Augustinus Labeo. Marcus. Varro.

VIII Cãp⁹ Gl̃ie. In hoc cãpo inquiritur ad quã gl̃iaz ꝑuenire possit aĩa ĩtellectĩa nũc corpore exuta ⁊ demũ eidẽ in resurrectõe vl̃i reddita. Vbi interĩ sint aĩe exute bonorũ ⁊ malorũ

dōec corpa r̄surgāt. Quib⁹ ēt bōis aīe bonoꝝ īterī pfruāt: ⁊ q̄b⁹ dotib⁹ ornent. Ca. XXXI. Di.

Austā felicissimāq; semp̄ hāc p̄dicaueri horā/ qua amenissimi huius cāpi sepibus appropinquam⁹. Jucūdissimam quippe in eo futurā venationē/ nomē ipsū quo p̄titulatus est ꝓmittere videt. Neq; em̄ crudeles/ imanesq; bestias sentib⁹/ spinis aut grauiter olētib⁹ paludib⁹/ lantare phas est in eo loco cui nomē gl'ia est: Magi. ꝓbe. Quoniā nemo hic habitabit in mōte dñi/ nisi q̄ ingredit sine macula: vt agnū īmaculat uz tollentem pctā mūdi sequat quocūq; ierit in pascuis vberrimis. Qui autē ex hac lachrymarū valle egrediēs maculas secū defert/ cōpunctiōis oleo nō linitas: nec ignis incēdio purgari poterit: sz ī exteriores tenebras ꝓijciet in īfernū inferiorē. Maculę vero q̄ cōpūctiōis oleo hic mollitę fuerint: edacia ignis purgabuntur in eo loco quē ob id purgatoriū dicim⁹: q̄ mūdatę ab omī ꝯtagione corruptiōis: sicut ⁊ illę q̄ maculas aut nō ꝯxerūt/ aut hic añq̄ exirēt diluerūt/ euistigio ad supos euolabūt: vbi in placidissimis sedib⁹ cōstituunt donec recipiāt corpa: sz iā īcorruptibilia q̄ ornēt/ nō onerēt inq̄t diu⁹ Aug. li. 15. de tri. c. 25. Et rursus li. 13. de ci. c. 7. Idē sub his verbis exprimit dicēs: Aīę pioꝝ iā sūt in req̄e: ⁊ impiorū in tormēto/ dōec eoꝝ corpa reuiuiscāt: illoꝝ ad vitā/ aliorū ad mortē perpetuam. Et in Enchiridiō. c. 108. ⁊ ius pōtificū. 13. q. 2. c. tp̄s. Tp̄s qd̄ inter homīs mortē ⁊ vltimā resurrectionē interpositū est/ aīas abditz receptaculis ꝯtinet: sicut vnaquęq; digna ē/ vel req̄e vel erūna: pro eo qd̄ sortita est in carne dū viueret. Deducunt aūt aīę ad hūc gl'ię montē/ ab angelis sctis. vt dñs testat de anīa mēdici Lazari. Nec mirū si ab his ducūtur in requiē/ q̄s in labore habuere coadiutores ⁊ custodes: faciē tñ dei semp̄ ꝯtemplātes. ait eī dñs: Angeli eorū semp̄ vidēt faciē patris mei. Sup̄ q̄ ⁊ diu⁹ Hierony. Magna inquit dignitas est aīarū: vt vnaquęq; ab ortu natiuitatis suę habeat ad sui custodiā angelū deputatū. Huic tu spāli orōne cōplacere stude: ⁊ in eōspectu ei⁹ semp̄ praue agere ptimesce: vt corporis tui ꝓportione dissoluta/ aīam tuā ad dictū gl'ię mōtē in iocūditatz cāpo ꝯstitutū deducat. vbi quāta gl'ia/ quātū gaudiū/ quāta deniq; felicitas sit enumerare q̄s cōtendet: cū Apl's rapt⁹ in cęlū tertiū dicat: Nec ocul⁹ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascēdert q̄ p̄parauit de⁹ diligētib⁹ se. Dis. Credo q̄r vt sūt explicari sermone/ aut ab humano aīo hic cōprehendi nō p̄nt. Attñ de his pauca saltem ⁊ in gñe dici posse haud dubito. tu igit qd̄ ex multoꝝ codicib⁹ didicisti breui cōpēdio edisseras. Ma. Faciā qd̄ potuero. Nec attēdo eos q̄ vel suę prudētię innitētes/ vel canino dēte oīa qd̄ ipsi nō fecerūt corrodētes/ ⁊ huiuscemodi ph'ię p̄ncipijs ac p̄mis rudimentis nō deberi cōmisceri calūniabūtur: ī quoꝝ aurib⁹ nihil dul

Aīarū decedentiū diuerticulū triplex.

Augustinus

Luce. xvj. e.

Matth. xviij

Hieronym⁹.

Angelus cuiq; proprius

j. Coꝝ. ij.

Esaie. lxiiij.

Purgatio auctoris.

ceresonat qđ nō ab Aristotele ꝛ ceteꝛ gētilibꝫ elaboratū ē. Nobis placet veꝝ a q̄cūqꝫ dictū. Sꝫ vt ad rē redeam⁹: q̄ petitōi tuę nunc satisfacere pñt/sūt q̄ de dotib⁹ aię catholicis tractatoribꝫ digesta sūt. Aia nempe q̄ hic fide/spe/ꝛ charitate eterni patris filio subarrata ē: cū spōso suo adducta fuerit/coꝛresp̄dētib⁹ ornabit̄ atqꝫ dotabitur dotib⁹: q̄ sūt visio/dilectio/ꝛ fruitio/in q̄b⁹ tota aię felicitas cōplectit̄: si securitatē addideꝛ de nō finiēdo. Nā vt inq̄t diꝰ Aug⁹ li. xij. de tri. c. 8. Btā vita esse nō pōt/nisi sit imoꝛtalis. Dotes aię. Augustinus

Quō bis dotib⁹ felices erūt aię potētie p̄ mo: ꝛ p bas aīa. ꝛ q̄ essentiā dei ocul' coꝛpoꝛeis nec hic nec alibi in ꝓpria natura videbim⁹ sed oculis mentis. qđ sanctoꝝ testimonijs p̄batur. Capitu. XXXI. Bis.

Aulo amplius cōmemoꝛata dilucidāda sūt/p̄ceptoꝛ colē p de. Mag. Actꝰ glozię p̄ncipales scōm q̄s aīa in deū cōuertit̄: vt in essentiale btitudis p̄mū tres distinguūtur. videre scz/diligere/ꝛ frui. Ratiōalis em̄ vis cuiꝰ nūc est credere p fidem: ꝛ videre p speculū in ęnigmate: tūc videbit apte. Uidebimus (inquit Joānes in sua canonica) ip̄m sicuti est/facie ad faciē. Concupiscibil'/cuiꝰ ē hic amare: tūc diliget pfecte sine iterruptiōe. Irascibilis/cuiꝰ est hic erigi ꝛ in ardua tēdere p spē: tūc apprehēdet cōtinebitqꝫ certe/cōtinue/ꝛ cū securitate. Primo itaqꝫ pficiet̄ itellectus beatifica ꝛ clara visiōe. Secūdo volūtas pfectissima ꝛ suauissima dilectione. Tertiō memoꝛia firmissima securitate ꝛ p̄tinua retentiōe: sicqꝫ tota aīa pfecta iucundissimaqꝫ fruitiōe. Uñ ꝛ Bernard⁹ clareuall' sanct⁹ abbas: De⁹ futuꝰ est intellectui plenitudo lucis: volūtati multitudo pacis: memoꝛię cōtinuatio eternitatis. Actꝰ glozie. j. Coꝛ. xiij. j. Joh. iij. Bernardus.

Beatitudo aie inerit p potentias suas.

Dis. Beatitudo igit̄ p̄mo potētijs inerit: ꝛ p bas anię? Mag. Ita nō spernēdę auctoritatis theologos/Bonauēturā. s. ꝛ Scotum sensisse manifestū ē. Nisi em̄ sic esset: tūc seclusis potētijs ita q̄ deū nec itellectꝰ videat nec volūtas amet/beata potent esse aīa: qđ anili fabulę sil'e est. Uerūtn̄ de subtilioꝝ dubitabilibꝫ q̄stionib⁹ hic supsedendū/ꝛ tpis exiguitas/ꝛ epitomatis leges iubēt: neqꝫ em̄ de subtilioꝝ distinctiōe potētiarū q̄d cuiqꝫ tribuat̄ agere voluī. cū irascibili inter ceteras locū dedi. Dis. Ad finē festinanti⁹ ꝓperas amātissime p̄ceptoꝝ: ꝛ p̄lima indiscussa sub densissimis arbustis latere pateris. Mag. q̄ tādudū epitomat̄ limites nos egressos video. Sꝫ q̄ sūt q̄ latere nō pateris? Dis. quō ibi deū quem esse/ tiale btitudis p̄mū astruis videbim⁹? Magi. De⁹ iuxta naturę suę ꝓpietatē nec h̄/nec p⁹ finalē resurrectionē coꝛpoꝛeis oculis videri potest: cum ipse sit incoꝛpoꝛeꝰ. ita disseruit Aug⁹ ad Fortunatum scribē. Et ne cuipiā b̄sitatiōis aut diffidētię scrupulus rema Si deus sit visibilis. Augustinus

Job.j. neat/in testes assumit apl'm Joan. dicentē: Deū nemo vidit vnq̄ vnigenit⁹ fili⁹ q̄ est in sinu patris ip̄e enarrauit. Paulū quoq̄ di-
j.Timo.vi. uinū Timotheo scibentē de deo: quē nullus hoīm vidit: sed nec vi dere pōt. Pręter hos diuinū Hieronymū/Ambrosiū/Athanasiū Gregoriū nazanzenū q̄z idē sensisse testat⁹ est. Quod aūt in mul tis scripturę locis deū ab hoībus visū legim⁹: nō fuit p ꝓpriā deita tis naturā/sed p assumptā sicut placuit creaturā. Hui⁹ sil'itudinē ad Paulinā scribēs adducit dicēs: Sicut volūtas nostra inuisi bilis p quascūq̄ vult voces se ad extra manifestat. Di. Quō igi tur ip̄m videbim⁹ si oculis nō cernem⁹? Mag. Ocul' corpeis q̄ bus hic vtimur nō cernem⁹: sz oculis mētis deū iā cōmemorati vi ri doctissimi/deū videndū astruūt. Sic q̄z itelligēdū aiūt qd̄ dñs
Matth.vj. ait: Bti mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. sic ⁊ cętera d̄ hac re scri pturaꝝ testimōia itelligāt. de his q̄ppe ocul' ⁊ paul⁹ Ephesijs scri-
Eph.j. psit dicēs: Det vob i agnitionē ei⁹ illumiatos oculos cordis vr̄i.

Qꝛ electi varia: mira q̄z secretissima mysteria in deo videbūt: Trinitatis scz: p̄destinatōis: ꝓuidētie ⁊c. nec cōtinuitas hui⁹ visionis ali qn̄ fastidiū ꝑiet: aut min⁹ mirabilia erūt post mlta ānoꝝ milia q̄z ab initō. C. XXXIII. Di.

Plane siue oculo corpis/siue mētꝫ deū visuros beatos cer p tū ē. Mag. Certissimū. Dis. Sz q̄d ampli⁹ videbūt? Mag. Extra deū q̄ris aliud: p quē/in q̄/⁊ cū q̄ sūt oīa? Audi diuū Gregoriū in.12. moraliū circa finē loquentē de sanctis
Gregorius oībus: Qui intus (inquit) om̄ipotētis deiclaritatē vidēt: nullo mō
Bonauētura credēdū est qꝛ foris sit aliq̄d qd̄ ignorēt. Quod dictū sanct⁹ Bo naueatura ad ea q̄ saluti ꝑfecte necessaria sūt limitāt. Erit nempe
Augustinus ibi (vt diu⁹ Aug⁹ scribit in li. de triplici habitaculo) assidua lectio libri vitę. i. ęterne veritatis: ⁊ sūmę sapientię: ⁊ verbi dei/q̄ ē christi iesu visio: vbi quicq̄d nos nūc later manifestū erit. Ibi ratio mani festa est: cur h̄ elect⁹ est/⁊ ille reprobat⁹: cur h̄ in regnū assumpt⁹/ et ille in seruitutē redact⁹: cur ali⁹ in vtero morit'/ali⁹ ī infantia/a lius in iuuentute/alius in senectute: cur ali⁹ paup ⁊ ali⁹ diues: cur fili⁹ adulterę baptizat': ⁊ aliqn̄ fili⁹ legitimę ꝯiugis an̄ baptismū moritur. Cur q̄ bn̄ incipit viuere aliqn̄ male f nit: ⁊ q̄ male īcipit sę pe bene finit. Hęc om̄ia ⁊ hm̄oi multa in libro vitę plana ⁊ apta oī bus erūt. Ibi oīm bonū oīb⁹ patebit. ibi oēs inuicē suas cogitatio nes cognoscēt. ibi minim⁹ maiorē sine dubio habebit gloriā q̄z to tū habēs mundi regnū: etiā si ęternū esset. Tanta iocunditas lucꝫ ęterne est: vt etiā si nō liceret amplius manere in ea q̄z vni⁹ diei mo ra: ꝓpter h̄ solū īnumerabiles āni hui⁹ vitę pleni delicas ī circūfluē

tia temporalium bonorū: recte meritoq; cōtemnerētur. Non enim falso aut paruo affectu dictū est: Quoniā melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Et paulo infra idem Augustinus ait: Faciez dei si omnes carcere inferni inclusi viderēt: nullam penā/nullū dolorem/nullamq; tristiciā sentirēt. Cuius p̄sentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret: cōtinuo infernus in amenissimum conuerteretur paradisū. Et infra in eodem: Ibi p̄ speculum diuinę claritatis ipsū deū vt est videbimus/quantū possibile est creaturę: et nos ipsos et cęteros vera et certa scientia cognoscemus. tunc abdita creaturaq; et ipsius inferni videndo videbimus. Tūc iustis manifestum erit: quō deus est inuisibilis/incōparabilis/sine initio: sine fine ante omnia. Quicqd interest inter nasci/qō ad filium p̄tinet: et p̄cedere/qō ad spiritumsanctū: excepto qō vnus ex vno natus sit/alter ex duobus p̄cessit. Et quō pater nō p̄cessit filium tempore/sz origine: nec spiritumsanctū. Et quō omnia dei vnum sunt in deo: excepto qō ad relationem p̄tinet. et quō mūdus erat in deo anteqū in seipso esset nō mundus/sed deus. Et quomodo vbiq; totus sine loco/magnus sine quantitate/bonus sine qualitate. Et quomodo omnia penetrat munda et imunda sine sui pollutiōe. Ecce si li hęc et alia quę diuus Augustinus in p̄fato libro/insup in soliloquio/meditationuz/manuali enchiridiō. c. 94. et in fine p̄clarissimi voluminis de Ciuitate dei luculentissime p̄sequit: in hoc regno videbūt electi intuētes deū: et tu inquis qd amplius visuri sūt: non attendēs q̄ hec visio totū hoiem satiabit: dicēte regio p̄pheta Satiabor cū apparuerit gloria tua. Dis. Petitioni meę (quis minus discrete) satisfactū intelligo. Sed num ex frequēti longaq; visione taliū/aia satiata tandē fastidire incipiet? Ma. neutiq;. delicię em̄ ipsius (vt Aug⁹ in dicto li. ait) sine fastidio satiant: quę cū a beatis inueniūtur/ semp tamē desiderant et esuriem et sitim sine pena efficiunt. i. ardentī semp desiderio semp delectant. Scriptum est em̄: Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Cuius etiā secreta mirabilia videntibus ea semp noua sunt et mira: et nō plus cum incipiunt videri/pariunt stupoꝛem cernentib⁹: q̄ post mille ānos et milies mille. Et cū angeli ab initio mūdi ea soliti sint videre/inde hodie nō min⁹ mirant ea q̄ p̄mo die.

Psal. lxxxiij. Aug⁹ i li. de triplici habitaculo. Psa. xvj. Augustinus Eccl. xxiiij.

Anime beate vident nūc corp⁹ christi in celo: et alia corpora intuitiue et abstractiue non tamen mediante phantasmate: et scias hic coquisitas non amittūt post resurrectionē. beati triplicē visionē habebūt. Ca. XXIIII.

Dis. Animarum visionem q̄ ante corporum resurrectionē vtūt intellectionem itelligo. Mag. Probe. Dis. Spūaliū

tm̄ erit/an ne etiā corpaliū? Mag. Etiā corpaliū. videt em̄ nūc corpus christi ⁊ aliorū si q̄ iam plene resurrexerunt. Dis. Beatitudinis ratio hoc quidē exigit: sed quō hoc fieri possit/q̄stionē habere videt. Mag. Quapp̄ter? Dis. Qm̄ ex superioribꝫ manifestum est: intellectionē sine specie intelligibili fieri nō posse. hęc aūt a phantasmate: phantasma a specibꝫ recęptis per organa corporꝭ originē trahit: quę exuta anima non habet. Mag. Intellectionē fieri a cognoscēte intellectu pariter ⁊ ab obiecto pręsente in specie intelligibili certū est ⁊ in p̄cedētibꝫ diui Augꝭ. auctoritatibꝫ roboratur. Speciē ꝟo intelligibilē a phantasmate/⁊ hęc rursus a corporeis sensibꝫ abstrahi: nūc quidē necesse est: ꝓpter hoc qđ Sapiens dicit: Corpus quod corrumpit aggrauat animā: ⁊ terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Tunc autē cum carnale pondus exuerit anima/libere ab obiectis p̄sentibꝫ īmediate abstrahere poterit species intelligibiles: intelligetq̄ nō modo abstractiue recedētibꝫ obiectis/sed etiam intuitiue p̄sentibꝫ obiectis.

Sap. ix.

Auicenna

Hinc ⁊ Auicēna libro. 6. naturaliū dicebat: Anima separata clarius videbit veritatē q̄ coniūcta. Sunt tamē viri catholici q̄ noticiam quā de nouo acquirēt exutę animę/fieri astruunt per species nō ab obiectis recęptas/sed a deo influxas. Dis. De sciētijs aūt hic cōquisitis quid erit? Mag. Indeficiēs labor: quo nō tm̄ philosophi de īmortalitate animę edocti: verumetiā summi theologi et sancti patres scientias cumulare conati sunt: euidens argumētum est/ꝙ illas etiā in animabꝫ separatis permanere eredebant.

Hieronym⁹.

Hinc diuus Hieronymus in ꝓlogo biblię Paulinum ad studiū cohortans ait: Discamus in terris quoꝝ sciētia nobis perseueret in cęlo. Dis. Contrariū sentire visus est sanctus apostolus Paulus. Mag. Ubi nam? Dis. In prima epistola ad Corinthios/ capl'o tredecimo: vbi ait: Charitas nunq̄ excidit (et mox) scientia inquit destruet. Mag. Destruet quidē quo ad actū/nō quo ad habitū. nec em̄ tunc intelligendo ad phantasmata se cōuertet/quę nulla erunt. speeies autē remanebūt. Uñ ⁊ sanctus Augustinus libro. xiiij. de trinitate. ca. ij. Tunc inquit vitę huius mortalis meminerim⁹: ⁊ credidisse nos aliquādo quę non videbamus memoriter recoluerimus. Erit autē vt in libro de triplici habitaculo Augustinus testatur: electis dei trina visio. Intellectualis: qua puro mentis oculo in spiritu deum videbunt ⁊ suas aīmas/⁊ virtutes intimas/⁊ spiritus angelicos. Spiritual': qua similitudines corporum in spiritu non fallaci phantasia inspicient. qua visiōe etiā hodie fruūtur spiritus iustorum a corporibus exempti. Et corporalis: qua corpora cernent: quorūdā splendentia vt sol: quorūdā vt luna: aliorum vt stellę.

Als.

Augusti nus li. xij. sup geñ ad litteram

Visio electorum triplex.

Corporū beatorū gloria deriuat ab ani-

ma: ⁊ q̄ maiore gloria fulgebit super alios se nō extollit: nec qui minore alteri inuidet: sed ob mutue charitatꝫ perfectionē quilibet de beatitudine alterius tantū gaudet quātū de illa quā ipse possidet. Ibi erit ⁊ fruitio perfecta: et ad vtrunqꝫ consequēdū vtilis est sciētia et dei noticia hic acquisita.

Capitulum. XXXV. Dis.

SI vt hęc Augustini verba sonāt/beatoꝝ corpa in claritate diuersa erūt: de aīaꝝ gl'ia idē sentiendū censeo. Mag. Probe. Nā apl's Paulus his ꝟbis q̄bꝫ ⁊ Augustin⁹ vsus est/diuersitatē remuneratiōis astruere voluit. cū aūt corpoꝝ gl'ia ab aīę beatitudīe maiore vel minore ꝓueniat/vtrūqꝫ exēplificās/de corpibꝫ cōplex⁹ est. nōnulli tñ in sola claritate beatoꝝ corpora alia p̄cellere sentiūt. Dis. Sed hęc dictis aduersari vident: vbi beatos oībus bonis satiari cōclusum est: quō autē oībus satiabit ⁊ q̄et⁹ erit/q̄ in alijs videt q̄ sibi desunt tāta bona? Mag. Hoc in filijs sęculi fieri neq̄t: vbi iuxta poetę vocē: Inuid⁹ alteri⁹ reb⁹ marcescit opimis. Ibi autē ꝓ inuidia charitas: ꝓ odio ꝑfecta erit dilectio: ⁊ tāta/vt in eadē vrbe (quēadmodū in p̄fato lib. Augustinus exp̄ssit) p̄miū singuloꝝ oīm/⁊ oīm singuloꝝ erit ꝑ charitatē. Ibi null⁹ superior superbꝫ erit: null⁹ inferior inuid⁹. Et in manuali. ca. penul. Si q̄s ali⁹ quē oīno sicut teip̄m amares eandē beatitudinē haberet/duplicaret gaudiū tuū: q̄ nō min⁹ gauderes pro eo q̄ꝫ ꝓ teip̄o. Si ꝟo duo vl' tres/vl' multo plures idip̄m haberēt: tātūdē ꝓ singulis quātūdē ꝓ teip̄o gauderes: si singulos sicut teip̄m amares. Ergo q̄d erit in illa ꝑfecta charitate īnūerabiliū beatoꝝ āgeloꝝ ⁊ hoīm: vbi null⁹ diliget aliū min⁹ q̄ꝫ seip̄m? Non em̄ alit' gaudebit vnusq̄sqꝫ ꝓ singul' alijs q̄ꝫ ꝓ seip̄o. Si ergo cor hominis de tanto bono suo vix gaudiū suū capiet: quō capax erit tot ⁊ tātoꝝ gaudioꝝ? Et vtiqꝫ: qm̄ quātū q̄sqꝫ diligit aliquē/tātū de bono ei⁹ gaudet. Sicut i illa beata fęlicitate vnusq̄sqꝫ sine cōparatiōe pl⁹ amabit deū q̄ꝫ se ⁊ oēs alios secū: ita pl⁹ gaudebit absqꝫ examinatiōe de fęlicitate dei q̄ꝫ de sua ⁊ oīm alioꝝ secū. Dis. Nō mō petitiōi meę his satisfactū fateor: sꝫ etiā q̄d de dilectiōe mouere statuerā dubiū enodatū est. de fruitiōe ꝟo q̄d? Mag. Talis tātaqꝫ erit ibi fruitio supbenedictę ac excellētissimę trinitatis (Nam res q̄bꝫ fruēdū est sunt pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spūssanct⁹. ait Aug⁹. li. j. de doctrina christiana) quāta fuerit ip̄i⁹ ⁊ cognitio ⁊ dilectio. Est ei frui (vt idē scribit li. x. de tri. c. xj.) amore inhęrere alicui rei ꝓpt̄ seip̄aꝫ.

Horatius.

De charitate.

Augustinus

Fruitio trinitatis.

Frui.

ꝛ est vti cū gaudio nō adhuc spei/sꝫ iā rei. Incognita aūt qꝛ ama Uti.
re nō possum⁹: vt ī eodē li. ca. j. ij. et. iij. testat. iō ca. x. ait: Fruimur
cognitis in q̄b volūtas ip̄is ꝓpter seip̄am delectata conquiescit.
Dis. Ad mēsurā igit̄ visiōis siue coguitiōis erit mēsura dilectio-
Idem. nis: ꝛ ad modū vtriusqꝫ erit mēsura fruitiōis. Mag. Probe. vñ
diu⁹ Aug⁹. in manuali ca. vlti. ait: Tātū gaudebūt quātū ama-
bunt: tātū amabūt quātū cognoscēt. et in Soliloq̄oꝝ libro ca. j.
ait: Ob hoc em̄ nō te diligit dñe: qꝛ nō te cognoscit. et paulopost:
Hinc est ergo dñe/ꝙ nō tātū diligo quātū debeo: qꝛ nō plene cog
nosco te. sꝫ qꝛ paꝝ cognosco/paꝝ diligo: ꝛ qꝛ paꝝ diligo/parū in
te gaudeo. Dis. Mihi igit̄ ꝓderit ad fruitiōis ꝑfectionē: si ī cog
noscēdo deū h̄ me exercuero? Mag. vtiqꝫ. Nā idē doctor in ma
nuali q̄ supra ꝛ Soliloq̄o dñm depcat̄ dicēs: Oro te de⁹ meus vt
cognoscā te: amem te: vt gaudeā de te: ꝛ si nō possum in hac vita
ad plenū: vl' ꝓficiā de die ī diē: vsqꝫ dū veniat illd̄ ad plenū: ꝓfici-
at in me h̄ noticia tua: vt ibi fiat plena. et cętera q̄ sequūtur. Dis.
Nō mediocriter ergo errare vident̄: q̄ accępto dono ītellectus/ca
ducis vanisqꝫ intēti/diuinis insudare negligunt: ꝛ pigriciā suam
palliātes/aiūt: Ut q̄d frustra in his q̄ ꝑfecte h̄ sciri nō possunt/in Doctrinarū
geniū non sine labore fatigarē: cū eadē ęq̄ cū alijs in patria visur⁹ salubrium
sum? Mag. Illos errrare nemo sanę mentis dubitat. Nā et āge ipretores.
Daniel. xij. lus dicebat Danieli: Qui aūt docti fuerint fulgebūt q̄si splēndor
firmamētī: ꝛ q̄ ad iusticiā erudiūt multos/q̄si stellę in perpetuas
ęternitates. Sūt tñ alij q̄ subtiliori fuco/de nō discēdo torporem
operiūt. dicūt em̄ cęlestē hierarchiā nō plenitudine scię/sꝫ charita
tis culmine finiri. Uñ seraphin q̄ denoiat̄ a plenitudīe charitatꝫ/
suprem⁹ est ordo. sub q̄ cherubin: q̄ a plenitudine scię nomē accę-
pit. Dis. Ad hec q̄d tu? Mag. Cherubin a plenitudine sciētię
quā ꝑ oīb inferiorib habet/denoiari certū est: sil'r ꝛ seraphī a ple-
nitudine charitatis: sꝫ in seraphin esse minorē sciam q̄ꝫ ī cherubin
catholici negāt. vt ptꝫ ꝑ Magr̄m in sniaꝝ li. ij. dist. ix. et Bonauē Mgr̄ sniārū
tura ibidē. q. iiij. tātū igit̄ seraphin in scia cherubin excellit/quātū Bonauētura
in charitate. a charitate aūt ille suprem⁹ ordo tanq̄ꝫ nobiliori do-
no noiat̄: ad qd̄ ꝓfecto sciētia ordinat̄. Cherubin autē nō a chari-
tate/sed a sciētia noiari debuit: quia iam supior ordo a charitate
nomē sibi vēdicābat. Dis. Patet igit̄: qꝛ scientia ꝛ cognitio ma
gna/se sola ad btitudinē nō ꝓficit. Mag. Probe. sꝫ ad charita-
j. Cor. viij. a tē ordinata ꝓderit. Scia em̄ vt Apl's testat̄/sine charitate inflat.
inflatis autē ꝛ superbis in illo regione claritatis adit⁹ null⁹ pate-
Hugo. bit. Alludit nec cōtrariat̄ dictis qd̄ Hugo de sctō Uictore in com
mentarijs cęlestis hierarchię dicit: Intrat dilectio ꝛ appropinq̄t:
vbi scia foris stat. Sꝫ hęc missa faciētes/qm̄ alteri⁹ speculatiōis
sunt nec hoc loci definiēda: qd̄ cępim⁹ ꝓseq̄mur: ꝛ de gl'ia corpoꝝ
q̄ ip̄is erit post resurrectionē/loquamur.

Temp⁹ vltime resurrectiōis humanit⁹ inuestigari non potetit: futura est tamē in momento ministerio angelorū: et diuina virtute: in voce tube: et si aliqui viui remaneant in aduentu domini. Ca. XXXVI Dis.

Pauloante futurā resūrrectionē nō solū mihi ꝯueniētissime ꝑsuasam/ verūetiā sacrarū litteraꝝ testimonijs firmissime cōprobatā memini: sed qñ/ aut quō fiat nūc cupio edoceri. Ma. Importune oīno illud quęrit qñ fiat: ait diu⁹ Augustinus li. xviij. de ciui. dei. ca. xliij. Si em̄ hoc nobis nosse ꝓdesset: a quo melius q̄ ab ipso deo magistro interrogātib⁹ discipulis discerēt? Non em̄ siluerunt inde apud eum: sed a ꝑsente quęsierūt dicētes: Dñe si hoc in tpe reꝑsentabis regnū israel? At ille: Nō est inq̄t vestrum nosse tēpora q̄ pater posuit in sua potestate. Frustra igit an nos q̄ huic sęculo remanēt cōputare ac definire conant: cū hoc scire nō esse nostrū ex ore ꝟitatis audiam⁹. Uñ fili quotq̄t huic calculatiōi operā dedere: religiosissimę etiā ac bonę vitę vtriusq̄ sex⁹ hoīes exꝑientia teste defecere. nā dudū ꝑterierūt āni in q̄b⁹ ipi mūdi finē statuerūt. Dis. Quia nosse hoc nostrū nō est: nūq̄d aliud qđ ꝓposuerā respōsum īueniet? Mag. inueniet: sed imꝑfectuꝫ. Quę em̄ lingua explicare posset/ qualiter oīm hoīm ab initio sęculi vsq̄ in vltimū diē vbiq̄ terraꝝ in terrę visceribꝰ quiescētiū/ ab ignibꝰ/ ab aq̄s/ aut q̄busq̄ voraginibꝰ cōsūptoꝝ in cineres: aut vsq̄ in elemēta resolutoꝝ: a varijs vel bestijs vel homibꝰ comestorū in momēto/ in ictu oculi resurgere habeāt? vt diuus Paul⁹ in ꝑma epl'a ad Thessalonicēses testat. Dis. Mira dicis. Magi. Si operātis infinitā virtutē cōsiderares/ facile assentires. Qui enim oīa ex nihilo ꝓducere potuit/ verbo (Dixit nāq̄ ⁊ facta sunt) om̄ia reformare potest ī momēto. Attamē vt Doctores catholici ex scripturis colligūt: collectio pulueꝝ angeloꝝ ministerio fiet: qui cum finitę sint potētię: nō in instāti/ sed in tēpore q̄uis breuissimo operari habent. Inductio autē formaꝝ tam mixti/ q̄ aīę intellectiuę virtute diuina fiet in instāti. ꝟm Scotū in. 4. Hanc virtutē Apl's tubam ⁊ vocē archangeli appellat/ id est christi: qui est magni cōsilij angelus. qui de seipso idē testatur dicens: Ueniet hora in qua omnes q̄ in monumētis sunt/ audiēt vocē filij dei: et procedent q̄ bona fecerunt in resurrectionē vitę: qui ꝟo mala egerunt in resurrectionē iudicij: id ē ęternę mortꝭ. Dabit em̄/ vt ꝓpha ait/ voci suę vocem virtutis. Dis. Ausculta quęso si veꝝ sit qđ christū dixisse astruis. Mag. Euangelio tu nō credis: ⁊ ei in cui⁹ ore do⁹ inuētus nō est? Dis. Credo: sed ip̄m contraria dixisse baud appro-

Augustinus

Actuum. j.

j. ad thes. iiij

Ps. xxxij. b.

Angelorum ministerium

Scotus

j. Cor. xv. g.

Esa. xj. a.

Job. vj.

Ps. lxvij.

j. Petri. ij.

bo. Quō em̄ audient vocē dñi qui in monumētis sunt/nec viuūt? Si aūt tunc demū audiēt cū iam reuixerūt/nō in voce resurgent. Mag. Prius natura audiūt q̄z resurgāt: vtrūq; aūt sil' ⁊ eodem momēto tp̄is fiet. sic ⁊ ordinē quē Apl's īsinuat accipere debem⁹/ vbi dic̄: Mortui q̄ i christo sūt resurgēt p̄mi: deinde nos q̄ viuim⁹/ q̄ relinq̄mur sil' rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiam in aera. Dis. Da p̄ scripturaꝝ testimonia a me dubia auferre conaris: noua p̄ orib⁹ accumulas. Quō em̄ Apl'us cū his q̄b⁹ scribit in resurrectiōe se viuētē relictuꝝ ait: qui dudū oēs mortui sunt? Mag. Nō se et illos q̄bus loq̄ba. supuicturos vsq; ad resurrectionē voluit: s3 eorū quos viuētes inuētur⁹ est christ⁹/p̄sonā in se ⁊ illos qui tūc secū viuebāt trāffigurabat: asserit beat⁹ Aug⁹. li. xxij. de ciui. dei. ca. xxij. Nec hoc alienū tibi videat̄: cū nō solū in scripturis sacris/sed gentiliū q̄z sil'es orationes ornatissime poni repiant̄. Dis. probe. Sed hi viuētes in aduētu dñi quō resurgēt: si viui obuiā christo i aera rapiētur? Mag. Uer̄ est qd̄ Apl'us corinthijs scribit: Oēs resurgem⁹. et vt alia littera habet/oēs dormiem⁹. Illi igit̄ qui viui repiunt̄: raptu obuiā christo sil' ⁊ morient̄ ⁊ resurgēt. ait diuus Aug. loco quo supra. Cōcordat qd̄ in eccle. dog. c. 6. et. 7. scp̄sit: Sanctus autē Hiero. ad Marcellā in solutiōe tertię quęstionis ait taliū corpora viuoꝝ in ip̄is aīa manēte trāfformari: quēadmodū surrectura de corruptiōe ⁊ mortalitate in īcorruptionē ⁊ īmortalitatē. Nec ibidē cuiusdā gręci opinionē recitat (vt q̄dā dicunt) sed p̄priā: quā dictis Apl'i firmare nititur. Nec huic sentētię Aug. in dictis locis om̄ino cōtrariat̄: cū vtrunq; sustineri possit. Unde in de ciui. li. xx. c. xx. post ventilatā quęstionē ait: Quō autē sit futurū/qd̄ nostrę ratiunculę virib⁹ vtcunq; conijcim⁹: tūc poti⁹ erit vt nosse possim⁹. Dis. Nos q̄z donec fiat/cum tantis viris opinari potius/q̄z temere aliquid asserere debem⁹. Restant tamē alia q̄ indiscussa p̄tereūda nō sunt. Mag. Audiam.

Mortui quō audient.

j. Thess. iiij.

Augustinus

j. Cor. xv. g.

De viuis qui obuij christo

De quātitate resurgentiū: p̄uulorū etiā et gigātiū. De etate ⁊ sexu: q̄m in vtroq; resurgent viri ⁊ mulieres: pudenda tamē nō erūt dedecori: sed honori. Ca. XXXVII. Dis.

Circa resurgētiū quātitatē nōnulla alia circa eorūdē qualitatē futurā occurrūt: q̄ si in scripturis resoluta sint/nec ne edoceas. Primū: si pueri statura pusilli: aut gigantes tota corp̄is mole reuiuiscēt? Mag. Ad hęc diuus Aug⁹ vlti. lib. de ciui. dei. ca. xv. respondēs ait: Suā recipiet quisq; mensuram/ quā vel habuit in iuuētute/etiā si senex est mortu⁹: vel fuerat habitur⁹ si ante est defunctus. In tali equidē ętate iuuētutis. s. q̄ circa tricesimū annū currit/christū resurrexisse legim⁹. Apl'o autem

Augustinus

teste: oēs in virū perfectū in mensurā ętatis plenitudinis christi e i occurrem⁹. in mēsurā inąt nō corpis/sz ętatis. Dis. Patres igit̄ prioris ęculi qs multos cētenarios annoz supgressos scriptura astruit/in resurrectōe nō nisi trigintatriū aut q̄ttuor annoz erūt? Mag. Hec id Apl's g̃tēdit: sed oēs nos corpa ei⁹ staturę t pleni tudinis rehabituros testat/cui⁹ fuere iuuētutis tēpe. Unde air in virū pfectū. Dis. Dū p Apli testimoniū vnū dubietatis vulnsa nare satagis/aliud infers. Si em̄ omnes in virū pfectum resurgemus: aut mulieres nō resurgūt: aut sexu pmutato omnes in viros transformabunt. Mag. Neutrū sana fides t. capit. Nā christus a saduceis interrogat⁹: cui⁹ septē fratrū erit vxor? respondit: Non nubēt/qō ad fęminas prinet: neq; vxores ducēt/quod ad viros. Ad Eph. vj. Marci. xij. Matt. xxij.

Utriusq; sex⁹ resurrectio. Un̄ t diu⁹ Aug⁹. loco quo supra. c. xvij. vtrūq; sexū resurrecturū ait. Et in lib. de eccle. dog. ca. xl. dicit: In resurrectiōe ex mortuis sexus forma nō mutabitur: sed vir mortuus resurget in forma viri: t fęmina in forma fęię. Idē in expositōe fidei ad Petrū: Erunt autē tūc mēbra fęminea (inąt) nō accomodata vsui veteri: sz decori nouo: quo nō alliciat aspicientis cōcupiscētia/q̄ nulla erit: sed dei laudet sapientia atq; clemētia: qui t qō nō erat fecit: t liberauit a corruptiōe quod fecit. Jn verbo aūt Apli virū p hoīe accipi posse sequēti ca. docet. sicut ibi: Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m. cum sint t fęmine q̄ timēt dn̄m. Aliū tn̄ itellectū ponit: quē breuitas h relegauit. Ps. liij.

Omnia resurgēt in hoīe que ceciderūt in morte: nec tn̄ erit excessiua quantitas: Caro a quocunq; comesta resurget in illo in quo primo erat aīata. Soluit quod opponit de costa Ade vnde formata est Eua. De abortiuis et monstris: Ca. XXXVIII. Dis.

Um sicut genitalia resurrectura ad decorē asseris: sic t q̄libet alia mēbra/insup capillos/vngues/ites̄tina: t humores resurgētes abituros credis? Mag. Totū qō in morte cecidit/pculdubio resurget: electis ad decorē/reprobis in confusionē. nā t de his q̄ h ad ornatū/t ad necessitatem corpis sunt/scriptura testimoniū phibet. Un̄ de ornamētis corporeis dom⁹ ait discipulis: Capillus de capite vestro nō peribit. Et rursus: Capilli capitis vestri oēs numerati sunt. De his q̄ corpus itegrāt/fides dicit: Carnis resurrectionē. t ne dubiū cuipiā de ossibꝰ remaneret/pha ait: Custodit dn̄s oia ossa eorū: vnū ex his nō conteretur. Quod vtiq; in futuro accipiēdū est: nam h ossa sanctorū non solū contrita/sed ab infidelibꝰ incinerata legimus. Si adhuc dubitas: exēplar patiētię Job gentilē audi. Scio inquit q̄ redēptor Luce. xij. a. Matth. x. d. Ps. xxxiij. d. Job. xix. d

meus viuit: ⁊ in nouissimo die de terra resurrectur⁹ sū: ⁊ rursū circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deū: quē visurus sum egoipse: ⁊ oculi mei conspecturi sunt: ⁊ nō alius. Dis. Si itaq; vt hęc approbāt testimonia/totum hominis resurget: mira deformitas erit: capilli. s. longissimi: excessiui vngues: ⁊ corpa vel obesa vel impinguata: ⁊ in mōstruosis in immēsum dilatata. Ma. Nō interest ad vnitatē resurgētis si nō q̄libet portio materię ī p̄stinū locū restituat. sicut exēplificat diuus Aug⁹. in Enchiridion. c. 88. de statua aurea cōminuta ⁊ iterū refusa. Silr ⁊ in vltimo de ciui. ca. 19. vbi ⁊ de vase ex limo facto similitudinē adiecit. in omibus em̄ illis seruata integritate substantię/sola deformitas pibit. Sic ⁊ de omnipotēte artifice sentiendū. Nam quod minus est q̄ decet: creator nouit vnde supplebit: quod plus est q̄ decet/materię seruata integritate detrahet. Pulchra nāq; erunt electoꝝ corpora. Pulchritudo autē vt ibidē ait/est partiū con gruentia cum quadā coloris suauitate. Principalia tn̄ mēbra locis suis decenter restituēda Ezechiel p̄uidisse legit in figura futurę resurrectionis. ait em̄: Accesserunt ossa ad ossa: vnū q̄dq; ad iuncturā suam.

Augustinus

Apta similitudo.

Pulchritudo

Ezech. xxxvij

Dis. Placēt hęc. Sed q̄so patiēter feras/si alia q̄ interī orta sūt dubia in mediū p̄ferā. Mag. Patiēter. Dis. Hoīm carnes vel a bestijs deuoratę: aut ab alijs īmanioribꝫ hoībus comestę in quo resurgent? Mag. Nec illud diu⁹ Aug⁹. indiscussum reliquit. ait nanq; in Enchiridion. ca. 87. Nō autē perit deo terrena materia: de qua mortaliū creat caro: sed in quēlibet puluerē cineremue soluetur: in quoslibet halitus aurasq; diffugiet: in quācūq; aliarum corporū substantiā: vel in ipsa elemēta vertet. in quocūq; animaliū etiā hoīm cibum cedet/carnēq; mutetur: illi animę hūanę puncto temporis reddet. quę illā primit⁹ vt homo fieret/cresceret/viueret animauit. Idē de fide ad Petrū: et in p̄claro volumine de ciuitate dei: libro vltimo. ca. xx. astruit. Dis. Costa igit sumpta de Adā vnde Euā formatā legim⁹/in Adā in quo primo animata est/resurget: et Eua vbi erit? Mag. Totū in eo resurgere tandē dicimus in quo primo esse cępit: nō ad aliud ordinatū. Costa aūt de qua causaris ⁊ si in adā p̄mo cęperit/ad euę tamē substātiā ordinata erat: non ad integritatē adę: in quo vel superflua fuit: aut loco eius deus carnē suppleuit. Sic ⁊ liberorū corpora/nō ī patribꝫ in quibꝫ primo in semine cęperunt resurgent. Et gloriosum christi corpus/s̄m Damascenū/de purissimis sanguinibꝫ v̄ginis Marię/spiritussancti operatione formatū/ī christo resurrexit: nō in ipsa intemerata virgine. In abortiuis autē et mo[illegible]ris integrabitur quod nondū erat integrum: instaurabit quod fuerat vitiatum: inquit Aureli⁹ in Enchi. Et in bimēbris/singulę animę/singula corpora obtinebūt: ac si gemini nati fuissent nullis cohęrentibus etiā quę cohęrētia nata fuerāt.

Augustinus

Gen. ij.

Resurrectio in quo.

Damascen⁹.

Augustin⁹ c. lxxxiiij. ⁊ duobus seq̄ntib⁹

Corpa post resurrectionē nō erunt in grauamē aīab⁹: sed in maiorē gl'iam: qr īmutata dotabunt dotib⁹ q̄ttuor. Ca. XXXIX. Dis.

Ita oīm dubioꝝ nodositatē a me ꝓfugasti: vt p̄ter vnicum tm̄ nō remāserit qd̄ a resurrectiōis fide deterreat. Nōd m em̄ accepi quō ad locū gl'ię animaꝝ ꝑtineat corpoꝝ resūptio: maxime/ qr nōnullę de inhabitatiōe luteę substantię attędiatas dixisse legim⁹: Heu mihi/ qr incolat⁹ me⁹ ꝓlongat⁹ est. et: Cupio dissolui ⁊ esse cū christo. Nimiꝝ qr vt Sapiens asserit: Corp⁹ qd̄ corrūpit/ aggrauat aīam: ⁊ impedit terrena inhabitatio sensū multa cogitantē: aut alteri⁹ modi futura corpora credenda sunt. Mag. Alteri⁹ modi. i. aliter qualificata: et in substātia tn̄ eadē. De qua re vnū hoc testimoniū sufficere arbitror: qd̄ diu⁹ Paulus apl'us in p̄ma epistola ad Corinthios scribit: Seminatū inquit ī corruptiōe/ surget in incorruptiōe. Seminatū ī ignobilitate/ surget in gl'ia. Seminatū in infirmitate/ surget in v̄tute. Seminatū corp⁹ aīale/ surget corp⁹ spirituale. Et infra: Oportet em̄ corruptibile hoc induere incorruptionē: ⁊ mortale hoc induere īmortalitatē ⁊c̄. Quę v̄ba catholici expositores dilucidātes/ īmutationē beatoꝝ corpoꝝ in q̄ttuor p̄cipue futurā distinxere: quę dotes corporis dicunt: q̄bus in desponsatiōe aīmaꝝ suaꝝ ornabunt. Sūt autē/ impassibilitas/ claritas/ subtilitas ⁊ agilitas. Un̄ ⁊ eędem dotes in libro Sapiētię innuuntur: cū dicit: Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintillę in arūdineto discurrēt. Et Aureli⁹ Aug⁹ lib. vlti. de ciui. ait: Aberit a corporib⁹ nostris om̄is deformitas (per claritatē) om̄is tarditas (per agilitatē) omnis infirmitas (per subtilitatem) omnis corruptio (per impassibilitatem) Quę autē diuus Anshelmus libro de similitudinib⁹ vltra hęc cōmemorat/ sub p̄dictis cōtinentur. Nunquid tale corpus oneri erit animę? Dis. Nequaq̄. Sed de his quoq̄ latius disseramus.

Ps. cix. Phil. j. Sapi. ix.

j. Cor. xv.

Quattuor corpis dotes post resurrectionem.

Sapie. iij. Augustinus

Quid dotes corpori conferant: et q̄ non equales in omnib⁹ erunt. Ca. XL. Mag.

Ab impassibilitatis dote ita electorū corpora ab om̄i passione īmunia erūt: vt nec infernali incēdio lędi/ nec ab acie ferri acutissima penetrari possint: sed poti⁹ quodlibet obiectū ad instar radij solarꝫ crystallū penetrātis trāsiēt. Eorū nēpe harmonia ⁊ cōpago āpli⁹ resolutiōi ⁊ corruptibilitati nō subiacebit. Dis. Claritas q̄d conferet? Mag. Mirā pulchritudinem. Pulchritudo v̄o vt Augustinus loco quo supra: ⁊ in epistola ad Nebridū ait. est ꝯtinētia partiū cū quadā coloris suauitate. Per claritatē igitur corporib⁹ color ꝓprius non auferetur: sed perficie

Impassibilitas.

Aug⁹. li. xij. de ci. c. xviij.

Claritas

Aug⁹. li. xxij c. xix.

j. Idē ad Nebridium.

Math.xiij.f tur. qm̄ fulgebunt iusti (inquit dn̄s) sicut sol in regno patris eorū. Erit tn̄ hic splēdor nō offendēs/sed demulcens visum. ⁊ in potestate beatorū est claritatē suā vel occultare in toto: vel in ꝑte manifestare. Christus em̄ inquit Augustin⁹ sua resurrectiōe ostendit q̄le futurū sit corpus nostrū. Ipse aūt nūc claritatē suā ostendebat: nunc ꝓ libitu occultabat: vt euāgelica testat̄ historia. Dis. Subtilitas autē quid? Ma. Ut penetrare possit q̄dlibet corpus nō gloriosū: nō quidē ꝑ poros: aut diuidē do ꝑtes/sed simul coexistēdo. Dis. Fieret ita ꝫ penetratio dimēsionū? Ma. Et hāc eē possibilē octau⁹ liber edocuit. Nō em̄ dimēsionū penetratio duo corpora simul esse ꝓhibet: sed repletio loci q̄ dimensiones cōsequit̄/vt effectus cām. Pōt autē deus auferre vel suspēdere posteri⁹ priore Dan.iij. ꝑmanente: sicut abstulit vel suspēdit actionē seu calorē ab igne in fornace puerorū. sic facit in corpore glorioso. Dis. Nō igit̄ a natura fiet gloriosi corꝑis cū nō glorioso in eodē loco existētia: sꝫ virtute diuina. Ma. Non aliter intelligūt q̄ ꝑ subtilitatis dotē hoc fieri astruūt. nō em̄ corp⁹ hanc dotē natura habet: sed a deo. Rursus gloriosū corpus locum replere potest/⁊ nō gloriosū expellere. nihil equidem sibi resistere poterit: sed ip̄m alteri. Unde ⁊ se palpabile exhibere/aut tactū pene trando poterit latere. Un̄ ⁊ Christus Luce.xxiiij.f Gregorius. ait: Palpate ⁊ videte. Quod autem diu⁹ Gregori⁹ ait: Corrumpi necesse est qd̄ palpat̄. de hoc qd̄ tactui subiacet accipienduꝫ est.

Dis. Sed nūquid duo gloriosa simul esse poterūt? Ma. De talibus nō est sicut de glorioso ⁊ nō glorioso: qm̄ gloriosum penetrabile nō est nisi ad voluntatē alterius cui⁹ est corpus. Dis. Agilitas autē ad q̄d? Ma. Ut vbi vult spūs mox ibi sit corp⁹ suū Aug⁹.de ci. li.xxj.ca.iij. sine fatigatiōe in retardatiōe in tꝑe imꝑceptibili. Possunt em̄ beati mouere corpora sua vel ꝓgressiue ⁊ organice: vel simul totū: ⁊ hꝫ Scotus per potentiā motiuā nō organicā scd̄m Scotū. Dis. In octauo libro huius epitomatis/motū grauis sursum violentū esse/nullū q̄ꝫ talē ꝑpetuari posse/dissertū memini: quō igitur aīaꝝ fęlicitas cū corporibus ꝑpetua manebit? an forte quia grauitatē amittent?

Mag. Deperire a corporibus beatorū grauitatē/haud facile ꝑsuaderi poterit: cū nec corporis sit vitium: nec deformitas: q̄ sola Augustinus auferentur/seruata substātię integritate. vt Aug⁹ in vl. de ci. dei li.c.19. dicit. Nec ex hoc violentia est in motu talium: cū conueniat eis scd̄m naturā superiorē bonitate sua sic ordināte. Un̄ idē in eodem.c.ii. ait. Multa grauia terrena sunt corpa. sicut plumbum: ⁊ formā tamē ab artifice accipiunt qua natare valeant sup aquam. ⁊ vt accipiat qualitatē corpus humanū qua ferri in cęlū/⁊ esse possit in cęlo oīpotenti artifici ꝯdicitur. hęc ibi. Et fortasse fili hāc eandem qualitatē Esaias pennas dicere voluit/cū ait: Assument pennas vt aquilę: ⁊ volabūt ⁊ nō deficiēt: currēt ⁊ nō laborabūt. Qd̄ āt diuus Augustinus loco quo supra de ablatione graui ponderis a

Subtilitas.

Agilitas

Esaie.xl.

corpore ponit: deū hoc posse / nō āt facturū dicit. Poterit inq̄t: nō aūt vt faciet. Aut si q̄s in ꝯriū contendat: ex sn̄ia Augustini deum ablaturū pondus grauitatis: intelligi pōt / q̄ꝫtū ad impedimentū: nō q̄ꝫtū ad essentiam. illud em̄ deformitatē importat / hoc ꝑfectionem. Dis. Equales ne sūt omniū dotes? Ma. Nequaq̄ꝫ. nam vt pauloante dictū est vbi de triplici electorū visione tractauim⁹: ad mensurā meritoꝝ dotabit̄ anima: ꝛ ex ꝯsequēti corpus. ex redūdantia nēpe glorię aīę in corpus quas iā ꝑcurrim⁹ dotes / cōsummationē ꝛ ꝑfectionem accipiūt. Ait em̄ diu⁹ Aug⁹ ad Dioscoruꝫ: Tam fecit potentē de⁹ aīam: vt ex ei⁹ plena felicitate redundet in corp⁹ sanitas ꝑpetua ꝛ vigor incorruptibilis. ꝛ Apostol⁹ vas electionis Corinthios de resurrectiōis gl̄ia informās / ait: Alia claritas solis: alia claritas lunę: alia claritas stellarū. Stella ei differt a stella in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuorū. Dis. Memini de hoc hesterno vesperi nō nihil dictū esse: sed nunquid ꝛ cęteri corporis sensus in actu erunt quēadmodū oculi?

Dotū inequalitas.

j. Cor. xv.

Homo totus perfecte beatificabitur ī aīa et corpore. de sensib⁹ autē oīb⁹ si habebunt operationes suas non facile est definire. Catulum. XLI. Ma.

Totum hominē in aīa ꝛ corpore ꝑfecte beatificari in superna hierusalē / vnanimi oīm sententia cōcessuꝫ est: de eo autem quod q̄ris / temere definire quis audebit? Sūt enim q̄ omnes sensus corpis in actu esse cōcedunt ꝑ spēs influxas ꝑ quas videbunt / audient / olfacient / gustabūt / ꝛ tangēt q̄ ꝑsentia nō sūt: modo multo ꝑfectiore q̄ꝫ Adam in statu innocentię. ꝛ ꝑsentia sil̄it̄ per recęptas species cognoscēt: alij sensationē absentiū per spēs īfluxas nō accipiunt. De visu ꝛ tactu nō dubitāt / qꝛ ibi ꝛ obiecta ꝛ media cōueniētia habere pn̄t. De vocali laude ꝛ auditu idem licite opinandū astruūt. Olfactū aūt ꝛ gustū ꝓpter imꝑfectionē q̄ndam: similiter ꝛ obiectorū ꝛ mediorū diuersorū absentiam / nō esse in actu existimāt: oēs tamē pręmiandos ex anię redundantia concedunt. Quia vero scripturarū testimonia facillime ad spiritalem intelligentiā interpretari possunt: ea ꝑtermitto: nō de obiectis / nō de medio sentiēdi / aut mō q̄onē facio: vbi christ⁹ iesus dei fili⁹ deus erit omnia in oībus: abstergēs omnē lachrymā ab oculis sanctorum: ꝛ retribuens abundanter facientibus superbiam: sed non in hac terra viuentium: sed in regione vmbrę mortis: cuius fumigantes voragines / abruptaq̄ꝫ ardētiū mōtiū iuga celerrime nunc demū ꝑagrabim⁹. Dis. Id ꝓmissoꝝ ordo expostulat: vt tandeꝫ lustratis oīb⁹ / ad campū miserię venādi cā gressus nr̄i tēdat: si forte aliq̄d ꝛ venatu ꝛ scitu dignū de aīę natura hęc abyss⁹ exhibeat.

